



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hermann Hamelmanns geschichtliche Werke

Reformationsgeschichte Westfalens

Hamelmann, Hermann

Münster i. Westf., 1913

4. Paderborn

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56665](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56665)

4. Paderborn¹⁾.

Den größten Teil dieses Kapitels hat Hamelmann darauf verwendet, ganz ausführlich, ja überausführlich das Auftreten des Predigers Martin Hoitbandt an der Marktkirche und das Einschreiten der bischöflichen Regierung gegen ihn (1567/68) mit allen Einzelheiten zu erzählen. Wir sind hier fast durchweg auf seinen Bericht angewiesen. Da aber Hamelmann an den Vorgängen nicht nur selbst Anteil gehabt, sondern auch offensichtlich von den Beteiligten, wahrscheinlich Hoitbandt selbst und seinen Eltern, dem Rektor Bodenius und evangelischen Bürgern der Stadt sowohl mündliche Angaben wie Aktenstücke erhalten hat, so ist die volle Glaubwürdigkeit der berichteten Tatsachen nicht zu bezweifeln. Die Darstellung dagegen ist tendenziös gefärbt. Die Reden und auch die Schriftstücke, soweit sie nicht im Wortlaute mitgeteilt wurden, machen den Eindruck, als wenn sie in apologetischer und erbaulicher Tendenz zurechtgestutzt und größtenteils sogar von Hamelmann selbst redigiert wären.

Das ganze Kapitel zeigt überhaupt eine ziemlich stark betonte erbauliche Tendenz und unterscheidet sich dadurch auffallend von den übrigen Kapiteln des Werkes. Mehrfach wird der Leser zu Betrachtungen aufgefordert, und an allen möglichen Stellen sind biblische und patristische Beispiele zum Vergleich herbeigezogen. Fast möchte man glauben, daß Hamelmann von anderer Seite (vielleicht von Hoitbandt) einen fertigen Bericht über die Paderborner Reforma-

¹⁾ M. Strunck, *Annales Paderbornenses* P. 3 (ed. N. Schaten), Paderbornae 1741, S. 137—397. Jacobson S. 511—517. Cornelius Bd. 1 S. 81, 171, 183—185. Kampschulte S. 127—137, 269—272. F. v. Löher, *Geschichte des Kampfes um Paderborn*, Berlin 1874, S. 11—19. W. Richter, *Geschichte der Stadt Paderborn* Bd. 1, Paderborn 1899, S. 115—125. L. Leineweber, *Die Paderborner Fürstbischöfe im Zeitalter der Glaubensneuerung* T. 1. 2, in der Zeitschrift Bd. 66 (1908), Abt. 2 S. 77—158 und Bd. 67 (1909), Abt. 2 S. 115—125 (T. 1 auch als theol. Diss. Münster ersch.).

tionsgeschichte erhalten habe. Aber anderseits war gerade die Belesenheit in den Vätern seine eigene Stärke. Wir nehmen deshalb besser an, daß er mit dieser Geschichte auf die Paderborner besonders einwirken und ihr treues Festhalten am Luthertum fördern wollte.

Weniger zuverlässig als der spätere Abschnitt ist die Erzählung der Vorgänge von 1528 bis 1532, und die Tendenz tritt hier noch deutlicher hervor. Die Aufrührer von 1532 werden als reine Märtyrer ihrer evangelischen Überzeugung hingestellt und sogar mit den Aposteln verglichen. Trotzdem möchte ich nicht annehmen, daß Hamelmann den wirklichen Sachverhalt verschwiegen oder absichtlich entstellt hat. Wahrscheinlich hat er auch über diese Zeit einen Bericht erhalten, der vielleicht die Dinge wiedergab, wie sie inzwischen durch die Überlieferung der Paderborner Protestanten legendarisch umgebildet waren. Vielleicht ist auch hier Hoitbandt sein Gewährsmann; dafür würde die weitgehende Übereinstimmung der Darstellung mit dessen späterer Streitschrift gegen Kerksenbroch sprechen.

Das kurze Zwischenstück über die Regierung Remberts von Kerksenbroch und die Hauptvertreter des Katholizismus in Paderborn gibt zu besonderen Bemerkungen keinen Anlaß. Hamelmann berichtet hier zum Teil persönliche Erfahrungen.

Die Abfassungszeit ist Ende 1568¹⁾.

Relatio^{a)} brevis ecclesiasticae historiae in urbe Paderbornensi, ubi et de Coloniensi ecclesia et pio episcopo Hermanno de Weida agitur²⁾. Autore Hermanno Hamelmanno sacrosanctae theologiae licentiate. W 1319.

Circa annum 1527. coeperant Paderbornae pii aliquot cives evangelium amare, psalmodiarum Germanicarum libellos emere, et inde aliquot psalmos modulando canere. Hinc etiam factum

a) Text nach B und W. W hat in diesem Kapitel umfangreiche Stellen ausgelassen.

¹⁾ W 1341 heißt es ausdrücklich: usque hodie ad haec tempora anni 1568. Hoitbandts Abgang aus Paderborn (Oktober 1568) und sein zweiter Nachfolger sind noch erwähnt.

²⁾ Der Teil über Köln ist hier weggelassen.

est, ut deinceps legerent Lutheri, Philippi et aliorum doctorum libros, qui erant contra pontificiam doctrinam scripti. Conceperunt igitur simultatem et contemptum cleri et sacrorum pontificiorum animo eamque clam foverunt, donec tandem anno sequenti illam proderent, quod sic accidit ¹⁾).

Postquam pro more annuo frondem vel vernale convivium instituerent ministri dumherorum ²⁾ in loco Kolgrove, qui est ecclesiae cathedrali vicinus, coeperunt iam inebriati indecentius cum uxoribus et filiabus civium saltare et choreas ducere, quoniam ad huiusmodi convivium et cives et illorum uxores cum filiis et filiabus vocari ex veteri consuetudine solebant. Hoc aegre ferentes iuvenes civium filii excitato tumultu per campanae pulsum in summam deduxerunt anxietatem et canonicos et canonicorum famulos. Deinde ingressi templum cathedrale sedes chori occupant et deridendo ceremonias papisticas ad ignominiam dumherorum coeperunt hos rithmos Germanicos canere alternis vicibus: Hastu ein Brott, Ich habe zwei Brott ³⁾).

Cum iam partim consulum urbis et senatorum interventu, partim aliorum cordatiorum monitu esset sedatus tumultus, statim gravissime apud suum episcopum Ericum de Grubenhagen, ducem Brunswicensem, urbem et omnes cives urbis deferunt, et tunc urbs tota periclitabatur, et venerunt in discrimen summum cives.

W 1320. Is enim decrevit ut princeps imperii et duarum amplissimarum ditionum (erat enim episcopus Osnaburgensis et administrator ecclesiae Paderbornensis) urbem, etsi spatiosam, non tamen satis munitam exercitu cingere. Sed tandem interventu fratris episcopi, Philippi ducis Brunswicensis et [de] Grubenhagen, et Johannis baronis de Bueren aliorumque nobilium res ita est compo-

¹⁾ Als 1526 (nicht 1527) der sächsische Kurprinz Johann Friedrich zu seiner Hochzeit nach Kleve reiste, verkündigte sein Hofprediger in Paderborn die neue Lehre (Strunck S. 137 nach Paderborner handschriftlichen Quellen). Der Hofprediger war Friedrich Mekum (Myconius). Vgl. P. Scherffig, Mekum (Quellen und Darstellungen aus der Geschichte des Reformationsjahrhunderts Bd. 12), Leipzig 1909, S. 87 f.

²⁾ Am 12. Juli 1528.

³⁾ Dabei blieb es nicht. Man warf die Betstühle um, streute die Bücher auf den Boden und drang auch in die Wohnungen der Domherren ein, die sich flüchteten. Vgl. Strunck a. a. O., Richter S. 118 und die Einleitung der folgenden Urkunde.

sita et transacta¹⁾), ut certam pecuniae summam, videlicet duo aureorum milia, numerarent, deinde ut se literis et obligationibus hisce obstringant episcopo et ipsius successoribus in posterum. Primo, ut ultro promittant cives se discessuros a quibusdam immunitatibus et libertatibus, quibus hactenus usi erant²⁾ (eae cum sint politicae, huc referri non est necesse). Secundo, ut polliceantur oboedientiam episcopo atque canonicorum iam olim receptae iurisdictioni per omnia³⁾). Tertio leguntur in isto recessu haec verba: „Der Lutterischen handlung soll man auffsehen haben, damit die gestrafft und abgestalt werden moge Pabstlicher heiligkeit und keiserlicher Majestett mandatt⁴⁾“ etc. In secundo etiam articulo recessus sibi adhuc servat potestatem animadvertendi in autores dissidii, etiam, quando velit, capitaliter. Haec obligatio civium literis comprehensa est et sigillo civitatis maiori atque deinde Philippi ducis Brunswicensis sigillo et Johannis baronis de Buren ob-signatur et ratificatur.

Sed vide, mi lector, quam sit mirabilis Deus in omnibus operibus suis. Philippus dux Brunsvigensis, qui per id tempus aequae iniquus videbatur esse causae Lutheranae, tamen non multo post ipse suscipit eandem doctrinam, quae iam antea diu propagata erat in sua urbe Embeca.

Ita quieverunt in ista servitute cives usque ad annum trigessimum. Postquam tunc increbresceret et rumor spargeretur, quomodo^{a)}) constanter suae doctrinae summam obtulissent Augustae protestantes principes Caesari et animadverterent cives gravibus negotiis suum principem in ditione Osnaburgensi (quia tunc etiam inhiabat ut praedae Monasteriensi episcopatu amplissimo) [detineri]^{b)}), multi cives, qui semper evangelium amabant et fideliter

a) *W*: quam.

b) *Etwas Ähnliches fehlt B und W.*

¹⁾ *Vergleich vom 16. August 1528 (Original im Staatsarchiv Münster, Fürstentum Paderborn Nr. 2299, abgedruckt bei Richter Anhang Nr. 77 S. CI—CV).*

²⁾ *Das ist ein Mißverständnis. Im Gegenteil, die Lage der Bürgerschaft wurde verbessert.*

³⁾ *Auch das steht nicht da.*

⁴⁾ „... werde nach vermoge bepstlicher heiligkeit und keyserlicher majestat mandat und edict“ (*Richter S. CIV*).

audiebant Johannem Molnerum de Buren, qui antea tecte, sed iam paulo liberius evangelium docebat et propterea a cathedrali pastore reprehendebatur ^{a)} in concione, [mutationem moliebantur] ^{b)}. Cum autem sperarent se retenturos Johannem Molnerum Burensem, eripitur iste piis praeter spem, quia is vidit mutationem talem commode Paderbornae fieri non posse atque cives aliter papistis *W 1321.* obstrictos esse. En, hic a papistis dimissus iuxta obligationem urbis factam libenter anno 1531. discedit et Susati consequitur conditionem.

Interim cives, cum alios quosdam consequerentur viros bonos eosque ad manum haberent, cogitant, si forte eo negotium perducere possent, ut publica ministeria doctrinae evangelicae concederentur in quibusdam templis, aut saltem alibi aliquis locus esset praedicationi evangelii in ea urbe. Hinc iterum vehementer cationes pias non solum domi et in plateis canere coeperunt, sed etiam saepius conscriptis supplicationibus eisque ad senatum datis submissee petebant sibi concedi aliquam parochiam vel aliquem locum, in quo ipsis liceret verum sacramentorum usum, sinceram doctrinae praedicationem et psalmorum cantum in materna lingua iuxta doctrinam Pauli et veteris ecclesiae morem instituere per viros quosdam idoneos. Verum cum nihil proficerent apud senatum suis supplicationibus satis demissis atque devotis nec quoque quicquam spei a senatu sibi promitterent et interea mortuus esset episcopus, iam facti liberiores coeperunt duobus templis evangelicos concionatores praeficere, qui cum civibus psalmos Germanicos et pios canebant, pure docebant et sacramenta administrabant.

Sic parochiae dictae die Goekirche Johannes quidam altero pede claudus (der hinkende Herr Johann dicebatur; putant illum hunc fuisse, qui postea Susati docuit et dictus est Johannes Stunselfuß ¹⁾), natus ex oppido Iserlo), parochiae autem dictae

a) *B und W*: reprehenderetur. b) *Etwas Ähnliches fehlt B und W.*

¹⁾ Von Fr. Jostes, *Daniel von Soest, Paderborn 1888*, S. 115 wird diese Identifizierung mit Recht bezweifelt. Johann von Iserlohn, der schon vor der Abschaffung der Paderborner Prädikanten in Soest vorkommt, war wahrscheinlich Soester Franziskaner. Nach der Paderborner Überlieferung (Strunck S. 166, Richter S. 120) war der Prediger an der Gaukirche der abgefallene Minorit Johann Polhenn, wohl derselbe, der 1533 in Höxter (vgl. später *W 1086*) Anstellung fand.

Marckereke praeficitur *Jacobus Musingius*¹⁾, filius pastoris in *Lichtenow*, qui etiamnum dicitur hodie vivere in oppido *Driburgo*, ante quem ibi docuerat pure evangelium *Johannes Molnerus* *Burensis*, licet nondum sacramenta sincere administraret, qui videns potentiam pontificiorum discessit, postquam ei officium docendi et ius parochiae ademerant nec quicquam amplius tentare voluit contra dumheros. Istis vero duobus tertius accessit *Christoferus Danus*, puerorum Germanicorum fidelis instructor et mirus elegantioris picturae artifex, qui in scholis et praecinendo in ecclesiis praelegendoque utrobique multum utilitatis evangelico progressui contulit. Advenerunt etiam quidam alii viri pii et doctores evangelii. Sed cum illi audirent rem omnem esse periculi plenam, deseruerunt locum, antequam quicquam suscipere publicae functionis, ante quos fuit *Molnerus*, ut etiam ex impuro illo scripto *Danielis de Susato* apparet, ubi legitur, quod *Johannes Molnerus* *Paderbornae* publice evangelium docuerit, antequam *Susati* vocationem docendi suscipere²⁾.

W 1322.

Istud institutum civium impedire omnibus modis cogitabant dumheri et isti haeresi, ut dixere, occurrere statuerunt. Itaque illi, apud quos solet esse summum ius eligendi praesulem, eligunt in ecclesiae *Paderbornensis* administratorem *Coloniensem* electorem et archiepiscopum *Hermannum comitem de Weida*, vere pium principem, qui tunc adhuc *Saulus* erat, ea conditione, ut is plane extirparet illam haeresin, quoniam apud ipsum salsissimis et gravissimis accusationibus institerunt^{a)} et demum eo rem deduxerunt apud eundem, donec tandem solenniter urbem ingrederetur et iuramentum a civibus pro veteri more exigeret et postea a Lutheranis et haereticis sumeret poenam et supplicium. Quod autem falsis plerisque dicimus accusationibus delatos quosdam cives, sic se habet.

Iam electo in administratorem electore *Coloniensi* accidit, ut hostem quendam urbis suae armatum et sociis munitum (qui ali-

a) *B und W*: instituerunt.

¹⁾ *Nach Zeitschrift Bd. 38 (1880) Abt. 2 S. 80 zu Anfang des 16. Jahrhunderts (zwischen 1516 und 1536) Kaplan in Heepen und Enger.*

²⁾ *In der Ausgabe von Jostes S. 264.*

quoties urbi damnum intulerat, equos et alia abduxerat, nomine quaestoris in Nienhuß, cum quo negotium eis erat) erecto suo signo prosequerentur cives. Cum autem abesset princeps et ipsi omnes scirent se parum gratiae habere propter accusationem dumherorum apud novum episcopum, statuerunt prius consulere praefectum vel quaestorem arcis Nienhuß, antequam pergerent sequi hostem, ne maiorem sibi indignationem fugando hostem extra consensum novi domini vel suorum conciliarent, deinde ut cum illo, qui erat ipsis concivis, expostularent, velletne damnum istud resarcire istis, quibus hostes ipsius hoc intulerant. Accidit igitur, ut turmatim omnes currerent ad arcem Nienhusen et forsitan adferrent inconsideranter secum trophaeum, ut ita omnes audirent sententiam praefecti etc. Hinc de novo alias occasiones accusandi capiunt apud principem, quasi cives tentassent aperto Marte et expanso urbis signo veloque invadere suae celsitudinis arcem¹⁾.

Lacessitus itaque innumerabilibus delationibus pontificiorum dumherorum optimus princeps venire tandem cogitur Paderbornam. Cum advenisset comitatus multis comitibus et nobilibus, more veteri sibi obstringit senatum et cives iuramento in die Galli anno 1532²⁾. Hic iterum apud principem novae accusationes fiunt. Inventam, aiunt, copiam literarum, in quibus nonnulli cives (quorum nomina subscripta exstabant in eadem copia) promitterent et fidem dare legerentur landgravio Hassiae se certo tempore ipsius *W 1323.* celsitudini urbem prodituros et aperturos³⁾, cum tamen copiis, nisi sint auscultatae, nomina, praesertim plurimorum hominum,

¹⁾ In dem Rezelß vom 16. Oktober 1532 heißt es (bei Richter Anhang Nr. 79 S. CVII): „... darnach uns mit ufgerichtetem neuwen ventgen vur unser Schloß Nigenhuiss mutwilliger und vyandtlicher wyse gezogen.“ Die sonst vorliegenden Berichte scheinen bloß Ausschmückungen dieser Stelle zu sein. Hamelmann oder sein Gewährsmann stellen also die Sache als harmlos hin, und was die Paderborner sonst Aufrührerisches getan hatten, wird ganz verschwiegen. Vgl. darüber *Leineweber* Bd. 66 S. 120 ff., wo die übrigen Quellen genannt sind, und vor allem die genannte Urkunde.

²⁾ 16. Oktober. Von diesem Tage ist der Rezelß datiert.

³⁾ In dem Verzeichnis der Fragen, die man nachher den Gefangenen vorlegte, heißt es unter Nr. 16 (*Leineweber* S. 125): Ob er auch wisse von der Schickung zum Landgrafen. Von der Kopie erzählt nur Hamelmann. — Im Staatsarchiv Marburg sind Akten über den Paderborner Aufruhr nicht vorhanden, wohl aber über die gleichzeitigen Vorgänge in Warburg.

non subscribi soleant, ut peritiores et cordatiores noverunt. Hae accusationes moverunt principem.

Huius autem rei autores, ut dixi, erant dumheri, quorum capita tunc fuerunt Philippus Speigel praepositus¹⁾ et duo fratres ex nobili Westfalorum familia, quorum alter decanus tunc erat²⁾, alter canonicus, qui postea praepositus factus est³⁾, Johannes de Horde, Wolffius de Haxhusen, Theodorus de Nisen⁴⁾ scholasticus, Arnoldus de Castro, Philippus de Twiste, Franciscus Crevet etc. Erant quoque in senatu pontificiae religioni dediti et sine dubio omnium istarum accusationum conscii Hermannus Drolshagen, Godefridus Bockenowe, Menkius Cap consules; senatores aut quaestores urbis Lubertus Stalmeister, Requinus Brinckmannus, Johannes Pengius, Conradus Coquus, Paulus Watermannus, quorum plerique postea consules facti sunt.

Facto a civibus iam iuramento capiuntur omnes concionatores. Jacobus Musingius in ministerio ecclesiastico, dum infanti baptismum confert, apprehenditur. Johannes vero ille claudus vel contractus domo sua extrahitur. Tertius, Christoferus Danus ludimagister, per aliquot dies quaeritur, quoniam hunc abdiderat et paverat per puerum pia quaedam femina, quae propter vicinitatem partus in tabulata domus suae ascendere nequivit. Istius feminae aedes erant in vicinia coenobii minoritarum. Tandem per indicium accipiunt in istius matronae aedibus latitare Christoferum. Ingressi igitur aedes maritum istius feminae graviter minis terrent, ut indicaret haeticum. Is cum esset Epicuraeus, gratificaturus tamen uxori dixit palam sibi nihil de illo constare. Interim erecto ad tabulata digito monstravit ipsius locum. Ascensis igitur trabibus quaerunt ubique bonum Christoferum et inter inquisitores istos haereticae pravitatis, ut dicebant, erat quoque Requinus Brinckmannus. Cum vero in tabulatis non reperiretur, descendentes matrem familias strictis gladiis et verbis asperioribus

¹⁾ Gestorben 7. August 1547 (*Zeitschrift* Bd. 44, 1886, Abt. 2 S. 47).

²⁾ Friedrich, 1517—24. November 1551 (*ebenda* Bd. 43, 1885, Abt. 2 S. 60).

³⁾ Wilhelm, Propst 1547—1577 (*ebenda* Bd. 32, 1874, Abt. 2 S. 30 und 44, 1886, Abt. 2 S. 47; vgl. auch *Leineweber* Bd. 67 S. 136).

⁴⁾ Dietrich v. Nisen (*Nyhuisen*), Scholasticus (*ebenda* Bd. 39, 1881, Abt. 2 S. 34).

adorti sunt non habentes rationem sexus et infirmioris vasculi, imo ne parturientis et uterum ferentis feminae quidem, cui non pepercerunt contra naturam. Illa etsi perterrita et consternata ad terram usque caderet, tamen nihil confessa est, quamquam ex isto tremore et tyrannide hoc subsequeretur, ut ipsa infantem mortuum *W 1324.* postea ederet. Hic deserta uxore iterum virum invadunt et his verbis ad confessionem adigunt: „Aut fatere, ubi ille haereticus sit, aut corpus tuum nobis confodiendum trade!“ Is rursus respondit: „Quod si in tabulatis non fuerit, profecto me latet, sitne ille Christoferus domi meae vel non. Tantum ex puero“ (demonstrans illum) „potestis discere, quia is attulit obsonium isti abdito.“ Apprehensum puerum verberibus et virgis tyrannice exceperunt, et quamquam diu constans esset nec quicquam fateretur, tamen superatus doloribus verberum et dolorum magnitudine confessus prodit Christoferum.

Hos tres doctores evangelii catenatos et vinctos curru iubet imponi et stipatus militibus aliquot ablegavit in arcem Arnbergensem, primarium castrum comitatus Westphaliae, die Arnberg. Ibi enim debebant munitissimae custodiae dictae die fette Kammere tradi et servari usque in reditum electoris. Interea accidit divinitus, dum ita vincti vehuntur, ut^{a)} per multam pluviam et per densam nebulam ductor equorum aberraret ab itinere et via regia, interea dum milites, quibus custodiendi in curru traditi erant vincti, compendiosum et pedestre quaerent et sectarentur iter, atque ita currus alio veheretur et dilaberetur praeter omnium expectationem in locum dictum die olde Weste, vicinum et contiguum urbi Susatensi. Ut conspicui erant quidam cives Susatensis urbis, rogant ergo eos vincti, ut propter filium Dei et communem religionem ipsos, quos viderent vinctos propter causam evangelii, liberarent. Ita illi adegerunt aurigam eo, ut dirigeret equos et currum recta ad urbem Susatensem. In quam cum recepti essent, liberantur laqueis, quibus vincti erant, et simul expediuntur catenis et hospitiis certis traduntur. Interim dimittitur auriga cum curru¹⁾.

a) *B und W*: et.

¹⁾ *Vgl. hierzu die kurze Notiz von Hermann v. Kerksenbroch in seinem Catalogus episcoporum Padibornensium, Lemgoviae 1578 <Münster UB>*,

Hic statim istis cognitis instigatus a dumheris Paderbornicis aliquoties scripsit ad Susatenses elector Coloniensis et serio mandavit suos sibi vinctos restitui¹⁾. Sed responderunt senatui cives per supplicationem nullam esse vim episcopo factam, sed innocentes tantum viros, qui fuerant vincti, liberatos a se ex fraterna caritate ea solum de causa, quod nullius criminis rei essent, nisi quod evangelii doctrinam Paderbornae rogati a civibus propagassent, et se potius malle cum istis mori, quam eos iterum deserere et episcopo vinctos tradere. Petebant etiam a senatu, ut scriberet episcopo Coloniensi, quod si illos vellet alicuius criminis reos accusare, esse adhuc in urbe viros et appellare ad senatum esseque paratos, ut se sistant episcopo coram iudicio urbis Susatensis et non solum paratos esse ad respondendum episcopo, sed etiam cuilibet de omnibus rebus coram magistratu Susatensi. In fine supplicationis adiecerunt cives se, cum ista oblata conditio aequa sit, non posse aliud facere nec velle deserere istos pios viros in tam pia sanctaque causa²⁾. Postea coepit movere litem contra

Bl. H 5^a und Martin Hoitbandt in seiner Apologia, Das ist: Eine kurtze und warhafftige Verantworteunge widder die unerfintlichen Calumnien und Ehrenrürigen Catalogum Episcoporum Paderbornensium so . . . von M. Herman von Kerssenbroich divulgirt . . . Marpurck 1580 <Münster UB>, Bl. G 4^b. Hoitbandt hat wie Hamelmann die Tendenz, in dieser Rettung etwas Wunderbares zu sehen. Der nüchterne Bericht des Soester Ratsprotokollbuches (bei Fr. Jostes a. a. O. S. 99) enthält davon nichts: „Dair na des gudenstages na Omnium sanctorum (6. November) quemen etliche Paderbornesche und brechten twe predicker durch unse boirde gefangen voren, dwilliche unse her van Coln binnen Paderborn handfast gemaket hadde laitien und wolden de em to Werl (Hamelmann, Kerssenbroch und Hoitbandt geben Arnsberg an) brengen, dair do sin ff. g. was. Des worden etliche ungenanten gewair, und weir verspet, de de up unser leven frauwen wege nemen, und worden hir in gebracht sunder wetten und willen burgermester und raides edder nummandes van den oversten, dat der wegen des donnerdages raidt, alde raidt, ampte und gemeinheit tho hope quemen und sich dair up besprecken.“

¹⁾ *Nach Hoitbandt a. a. O. hielt der Bischof bei dem Rate an, daß er ihm die Gefangenen wieder zustelle, und schrieb auch an den Herzog von Kleve und die von Soest.*

²⁾ *Das Ratsprotokollbuch fährt fort: „Middeler tit sante min her den richter van Arnszberge hir in und leit der vangen ghesinnen, dem durch don heiten raidt, alde raidt, ampte und gemeinheit (wu wol et de raidt gerne anders gesein hette, det men si siner ff. g. geleveret hette), [sechten], men wiste nicht, wu umb de gefangen were, si hetten er nicht genomen; konden si gefreischen, wei et gedain hette, wolden si straiffen.“*

eos, sed institutam controversiam et accusationem non continuavit vel in effectum produxit. Sic cum per statutum tempus, quod vinculis et iudiciis talibus deputari solet, haesissent Susati expectantes causae executionem, tandem, postquam nemo contra illos comparuisset ex accusatoribus, absolverunt eos et liberos pronunciarunt magistratus et cives Susatenses¹⁾.

Hic, quaeso, videant pii et omnes Christiani, quanto in periculo fuerint isti pii viri, quanta rabie sint apprehensi et quomodo stipati deducebantur ad mactationem tamquam oves, deinde, quomodo mirabiliter ipsos citra omnem expectationem eripuerit Dominus ex omnibus malis. Is Deus, qui custodit nos ut pupillam oculi et eustodit omnia ossa nostra, ne unum ex his frangatur, sit per filium suum Dominum nostrum Jesum Christum benedictus in saeculum.

Quid vero deinde acciderit in urbe Paderbornensi, breviter explicandum erit. Interea, dum isti concionatores abducerentur²⁾, triduo post introductionem episcopi omnes cives iubentur convenire³⁾ ad hortum monachorum Benedictinorum in Abdinckhave, ubi tunc episcopus haerebat, qui mane omnibus suis iusserat, ut in armis essent et se ad iter praepararent, quod fiebat eo praetextu, ut ista praeparatione spem faceret civibus de suo abitu et egressu ex urbe⁴⁾. Cives tamen timore et metu perculsi, nescientes, quid hoc rei esset, quod ita in remotum locum convocarentur, eo venire recusant, verum persuasi verbis consulum, imprimis Hermanni Drolshagii^{a)} et Menckii^{b)} Cappii, qui fidem dederant civibus nihil periculi subesse, tantum novum praesulem meditari clementem discessum et prius benevolentiam aliquam exhibiturum in abitu civibus sibi iuratis: „Er will einen gnedigen abscheid nehmen.“ His verbis persuasi et allecti cives ingrediuntur coenobii campum

a) *B und W*: Drosthagii (wohl Schreibfehler).

b) *W*: Merckii.

¹⁾ *Kerssenbroch* schließt in seiner mokanten Weise mit der Bemerkung: „Ubi (in urbe Zusatensi) in taberna novem hebdomadis commessantur. Et cum impensas hospes exigeret, clanculum se subducunt post magnum forsan annum Platonis soluturi.“ *Hoitbandt* bestreitet das aber.

²⁾ Nach dem Soester Ratsprotokollbuche (vgl. oben) geschah das erst später:

³⁾ Am 12. Oktober. Der Einzug fand am 8. (Dienstag nach Meinulfs Tage) statt (*Zeitschrift* Bd. 19, 1858, S. 210).

⁴⁾ Ähnlich *Kerssenbroch* Bl. H 4^a.

vel hortum et ita comparuerunt coram principe. Interea, dum illi ingrediuntur hortum, equites armati occupant plateas, portas et forum, ut vix aedibus egredi liceat cuiquam. Cives vero collecti obseratis ianuis, quod antea metuebant, nunc sibi imminere vident, quoniam mox iussus est urbis minister, Godefridus Scellikenus, qui hodie praesulis huius Remberti a Kersenbroch gogrevius est, ex charta sibi tradita legere quosdam annotatos cives, qui erant praecipui fautores evangelii. Hi lecti separati et advocati sunt a reliquis civibus praeter fidem datam a consulibus. Erant autem isti sequentes hi: Johannes Prolekingius, Petrus Steinhovius, signifer bombardariorum, Johannes Vastellavius, Georgius Pamperlampius, Jodocus Grudaeus, Johannes Hurlebutus, Franciscus Triphaigius, Cyriacus Heydenricus, Johannes Neseus, Gerhardus Bodekerus, Henricus Stukeus, Johannes Haselius, Johannes Delbrug, Gerhardus Timannus, Arnoldus Glasemaker, Hermannus Koningius, Johannes Stivelmakerus¹⁾. Hi seiuncti a reliquis civibus sunt, et cum exirent alii ex horto coenobii, omnes illi custodiae duplici tradebantur occupantibus interim plateas equitibus principis.

Illi incarcerationi tandem torturis subiecti sunt misere atque per tormenta de istis literis, quorum mentio facta est, vehementer interrogati aliisque de rebus misere et tyrannice examinati²⁾. Tandem post octiduum introductus est in alteram custodiam monachus minorita clam. Is in custodiae locum superiorem ascendit, et isti adducitur Petrus Steinhovius gladiarius³⁾, ut confiteretur. Is igitur se praeparavit ad mortem et putavit sibi soli moriundum esse. Itaque fratribus et collegis suis valedixit his verbis: „Ich will euch, lieben Brüder, eine gute nacht sagen, ich muß auff die lange baen, ir mugett folgen oder es gehe euch, wie es dem lieben Gotte gefellig ist.“ Mox respondit hic unus ex reliquis nomine Franciscus Triphaigius: „Carissime frater, nihil te terreat, sive ignem sive aquam oculis tuis obiectam habeas videasve. Novisti Christum vicisse mundum. Laß dich nicht schrecken, bleib ja

¹⁾ Vgl. dazu die zum Teil anders lautenden Namen bei *Hoitbandt* Bl. F 8^bf. und *Leineweber* Bd. 66 S. 124.

²⁾ *Verzeichnis der Fragen bei Leineweber ebenda.*

³⁾ Bei *Hoitbandt* heißt er *Peter Schwertfeger* und *Schützen Fenrich.*

bey Christo unserm einigen heyland und seinem Wortte bestendig, Amen.“

Sic tandem ille productus est solus primo ex carcere, mox tamen et reliqui omnes ex utraque custodia coniunguntur catenati, veluti solent a Turcis christiani abduci, et ad forum pertrahuntur¹⁾, ubi omnia ad supplicium erant parata. Nam, quo omnia essent paratiora, canonici cathedrales et praesertim decanus curaverunt deportari in forum dolia, et per ea deposita erant tabulata, ut locus, ubi decollari debebant, esset altior et omnium conspectui^{a)}

W 1327. subiectus. Loculi vel feretra, in quibus decollatorum corpora deponi debebant, ibidem conspicua erant. Forum erat armatis equitibus repletum et plateae cinctae militia undique, ut vix cuiquam egredi domo sua tutum esset, quoniam ex vicinis ditionis Coloniensis praefecturis et oppidis Geseke et Erwite atque aliquot pagis evocati erant homines armati, qui simul urbem replebant et omnibus terrori erant. In forum producti inter armatos stabant. Adornatur iudicium capitale. Hic aguntur rei seditionis et prodicionis patriae, imo ut haeretici, qui contra Caesaris et papae edictum doctrinam novam, a summo magistratu condemnatam introducere in urbem Paderbornensem conati essent. Illi miseri, cincti armatorum copia et turma strepituque equitum territi, cum etiam nullum fidelem haberent causidicum et advocatum, facile convincebantur, quamquam de istis literis constanter ut simul antea in torturis confitebantur sibi nihil constare nec unquam huiusmodi scripta ab ipsis vel profecta vel edita. Sic^{b)} morti adiudicantur. Verum non aliter apostoli sunt accusati et damnati.

Ita mox vocatur carnifex Veltius, ut pronuntiaret extremam sententiam pro more istius et vicinorum locorum. Hic carnifex (similis isti ductori, qui Jacobum apostolum duxerat ad tribunale et confessus erat se cum illo Christianum et sic martyrium cum illo subivit teste Eusebio lib. 2., cap. 9. suae Historiae) veniens in iudicium deposuit gladium sibi a magistratu traditum dicens: „Nec de istis piis ac innocentibus viris pronuntiare possum nec

a) *B*: conspectu.

b) *B und W*: si.

¹⁾ 15. Oktober (*Kerssenbroch Bl. H 4^b*; bei *Hoitbandt Bl. G 2^a ist 5. Druckfehler*).

gladio eos ferire volo. Malo enim officio et urbis beneficio carere, imo potius mori cum his, quam quicquam istorum facere.“ Verum statim alter adest, Staius carnifex, qui id libenter facit (sed eius finis et mors habuit cruentum exitum: is cum hic bonorum virorum mortem sitiret, tandem ille post aliquot annos publico supplicio afficitur Werlae).

Interea prosiliit in curiam, ubi elector erat, magna virginum, puellarum et matronarum copia, quae nudo collo et uberibus et virgines simul dispersis capillis fiebant principi pro captivis iam morti adiudicatis supplices, atque inter has erant gravidae¹⁾. Harum, inquam, precibus et ploratu plurimum commovebantur comites, domini et nobiles, qui in equitatu et comitatu electoris erant, atque suas quoque preces adiungebant vel coniunctim cum mulieribus coram principe edebant et ad supplicandum verbis asperioribus senatum adegerunt. Supplicantium ergo multitudo et feminei sexus ploratus ita principem commovit, ut ipse prorumperet in lacrymas cum praecipuis consiliariis. Jussit ergo illos reduci ad custodias, ex quibus iterum eos praecepit educi postridie, ut gratiam captivis praestaret. Productis iterum in forum coram civium multitudine istis ignovit delictum et pronunciavit clementer liberos istos viros. Etsi vero libertate donati essent a principe et domi suae restituti, tamen post abitum principis iubetur singulis a senatu instinctu, ut putabatur, pontificiorum, ut domi suae se semper sisterent per annum, ubi ita delitescere cogebantur^{a)}. Tandem iuebantur etiam senatui luere poenam pecuniariam²⁾.

Dixerat saepe postea Bernhardus ab Hagen^{b)}, cancellarius electoris istius³⁾, multis bonis viris suum principem nunquam fuisse eius animi, ut quemquam ex istis vinctis decollari iuberet.

a) *W*: rogabantur.

b) *W* hat hier noch S., das in der Hs. fehlt.

¹⁾ Vgl. *Kerssenbroch Bl. H 4^b* und *Hoitbandt Bl. G 3^a*. Zu Grunde liegt den Erzählungen wohl die Stelle des Rezesses bei Richter S. CVII.

²⁾ Nach *Kerssenbroch Bl. H 5^a* und *Hoitbandt Bl. G 3^b* bestrafte sie der Bischof selbst mit Geldbuße und Arrest. *Hoitbandt* gibt an, sie hätten erst noch zehn oder elf Tage im Gefängnis gelegen.

³⁾ *Bernhard von Hagen aus Geseke war zuerst kurfürstlicher Siegelbewahrer, seit 1526 Kanzler und starb 1556 (C. Varrentrapp, Hermann von Wied und sein Reformationsversuch in Köln, Leipzig 1878, S. 69, 278 u. ö.).*

sed coactum infinitis pontificiorum accusationibus et delationibus istum serium progressum in eo negotio fecisse. Dixerat aliquoties Scholerus, evangelicus concionator eiusdem principis Hermanni, qui coram eodem, postquam factus esset evangelii patronus ille praesul, saepe Werlae, in oppidio Westfaliae, et simul [in] arce Nienhuse conciones habuit, quod huius historiae saepe pius postea princeps meminisset non sine suspiriis et lacrymis et dixisset: „Ach, auf das hohe vielfältige anbringen des Domcapitels musten wir ungerne, ja darzu gedrungen, doch in unverstande und unwissenheit solchen ernst gegen die armen frommen Leutte ertzeigen und furnehmen.“

Sed ut redeam ad propositum. Mox novi fiunt recessus, et literae obligatoriae Paderbornae instinctu dumherorum conscribuntur¹⁾. In his gravissimis admodum promissionibus obligant et obstringunt se senatus et cives principi et successoribus perpetuo se non mutaturos religionem pontificiam nec vocaturos esse alios concionatores, sed fore se semper contentos istis, qui ab ordinariis praeficiantur. Et hic in hoc recessu amplissime repetitur, quomodo praeter fidem datam priori recessu sub Erico praesule novam doctrinam, Germanicas cantiones et impios doctores in suas ecclesias et parochias seditiose introduxissent, quae violatio admodum exaggeratur. Inter multa alia et haec ibidem exstant: „So gebieten wir hiemit gleichsals ernstlich und wollen, das nun hinfurter kein frembder man, fraw, knecht oder magt, so aus den Stetten und Flecken, die der newen auffrurischen Lehre anhengig oder damitt beruchtiget, sie weren, wer sie wollen, zu keinen
W 1329. Dienstbotten in unser Stadt Padelborn angenommen oder zu dienen zugelassen werden sollen.“ Et iterum: „Zum siebenden ordenen und setzen wir, das hinfurter kein burger in unser stadt Paderborn sol angenommen werden, er lobe dann und schwere zu Gott und den heiligen, diesen unsern vertrag zu halten.“ Ideo etiam ne hactenus quidem aliquem receperunt in numerum civium, nisi qui prius ita in verba utriusque recessus iuraverat, cuius impiae obligationis primus autor fuerat Antonius Afflenius, cum se is

¹⁾ 16. Oktober (Original Staatsarchiv Münster, Fürstentum Paderborn Nr. 2309, abgedruckt bei Richter, Anhang Nr. 79, S. CVI—CXI).

ingessisset in magistratum, quo tanto gratior posset esse pontificiis, quia is primus omnium hoc onus novis civibus imposuit. Sed homo malum poenae non evasit. In octavo autem articulo mandatur quoque, si qui essent rebelles et istis recessibus deinceps unquam opponerent se, illos, cum iam antea de talibus iudicialiter pronunciatum esset, sine mora apprehendendos et morti ad iudicandos.

Sed antequam progrediar, oportet me hic inserere historiam piam, quae accidit, dum rei agerentur reliqui vincti in foro ¹⁾. Fuit eiusdem cum ipsis doctrinae homo senex et ex paralyti claudus nomine Hermannus Trippemakerus ²⁾. Hic cum intellexisset capite plectendos suos in Christo fratres apprehenso baculo suo, quo se sublevabat, coepit repere ad forum cupiens cum illis quoque pro Christo mori, cum quibus unum Christum confessus erat. Hic, inquam, ad forum veniens et vix se per armatorum hominum et equitum copiam expediens alta voce clamavit in medio fori: „Et ego sum aequae reus istius doctrinae et totius actionis atque illi, apprehendite ergo me et simul cum ipsis morti tradite.“ Cum vero plerique ei os obturare non possent et is instantius clamaret, tandem apprehensum in macellum adferri curant per ministros senatus, cui etiam poena pecuniaria satis gravis a senatu imponebatur persolvenda. Idem egit hic senex, quod illa mulier, cum nomine imperii et Arriani imperatoris Valentis Modestus, praefectus in urbe Edessena, vellet occidere omnes orthodoxos, qui in horto urbano convenerant, cuius meminere historici ecclesiastici Ruffinus lib. 2., cap. 5., Socrates lib. 4., cap. 18., Theodoretus lib. 4., cap. 16. et 17., Sozomenus lib. 6., cap. 18., Nicephorus lib. 11. ^{a)}, cap. 22. Illa, inquam, currit cum infante ad istum hortum, ut simul cum confratribus et sororibus concordibus secum in fide posset etiam eandem simul et cum suo filiolo caedem et mortem subire atque corona martyrii ornari. Haec sunt merito huc repetenda ex antiqua historia.

a) *W*: II.

¹⁾ *Die Geschichte erzählt auch Hoitbandt Bl. G 2^{af}.*

²⁾ *Hoitbandt*: des künftigen M. Oldegreven (*gemeint der Maler Aldegrever*) Vatter.

W 1330. Nunc redeo ad principem. Ipse Hermannus, elector Coloniensis et administrator Paderbornensis, natus comes de Weida, huiusmodi recessus et constitutiones suas fecit tamen suo exemplo irritas, dum eam doctrinam, quam isto tunc recessu stabilitam et roboratam voluit Paderbornae, ad extremum damnaret. Quomodo id factum sit, patet ex libro commentariorum Johannis Sleidani . . . ¹⁾.

*W 1341
Zeile 14.* Cum Coloniae deponeretur et amoveretur piissimus princeps elector Hermannus de Weida comes ab archiepiscopatu, est quoque idem reiectus Paderbornae, et Rembertus a Kersembroick, unus ex canonicis cathedralibus, nobilis et senex, Romana et curtisana ^{a)} praxi insignis, est in eius locum electus, qui usque hodie ad haec tempora anni 1568. in decrepita senecta vivit.

Ut autem hoc obiter referam. Fatale quid contigit forsitan (ut sic profano more loquar) comitibus de Weida, quando eliguntur archiepiscopi Colonienses. Nam Arnoldus de Weida comes, antea praepositus ad s. Andream, post Hugonem ibidem archiepiscopus, ab Eugenio tandem tertio papa in concilio Remensi ab officio pontificali ^{b)} suspensus fuit propterea, quod ad synodum illam non venisset. Haec scribit Trithemius ²⁾. Quid Hermannus de Weida acciderit, dictum est. Si quid etiam posset papa contra hunc modernum Fridericum de Weida, qui non vult alere suffraganeum nec vult petere nec redimere pallium a papa paupertatem causatus, profecto nihil intentatum relinqueret, quamquam iste Fridericus nihil in religione mutaverit et dicatur pontificiae religionis esse, imo iam dicatur resignasse episcopatum et electoratum.

a) *B*: Curthusiana, *W*: Carthusiana.

b) *W*: pontificali.

¹⁾ Der folgende Abschnitt über den Reformationsversuch Hermanns von Wied und die kirchlichen Verhältnisse in Köln (*B I 344^a–361^b*, *W 1330–1341*) wird hier fortgelassen. Die *W 1333*, Zeile 10 f. zwar angekündigten, aber nicht mit abgedruckten Briefe Groppers an Bucer (*B I 347^b–352^b*), die Hamelmann „ex quodam scripto Buceri anno 1545. edito Germanice“ entnimmt, sind dieselben, die C. Krafft in den „Theologischen Arbeiten aus dem rheinischen wissenschaftlichen Prediger-Verein“ Bd. 2, Elberfeld 1874, S. 22 f., 23 f., 29 f., 44 f. aus der Schrift Bucers „Von den einigen rechten wegen und mitlen Deutsche nation in christlicher Religion zu vergleichen“ (1545) mitgeteilt hat.

²⁾ *Chronica monasterii Hirsaugiensis, in den Opera ed. M. Freher T. 2, Frankfurt 1601, S. 127.*

Paderbornae sub hoc Remberto viget et vigit semper papatus. Interim in quorundam papistarum et pontificiorum corde sordet papatus. Unus est ex reliquis superstes monachus in Franciscano collegio, qui ibi publice concubinam alit, ut ipsius etiam Remberti episcopi cancellarius Henricus Coloniacus magister¹⁾, beneficiis dives, facit. Conradus Mollerus²⁾, ll. licentiatus et officialis, in tanta mutatione sub initio regiminis archiepiscopi Hermannii territos cives cogebat^{a)}, ut testamenta Germanica ex versione Lutheri eiusque catechismum et psalmodiae libros cum aliis postillis et opusculis Lutheranis coemptis iussu, ut dicebat, principis, ad se deferrent. Sed is hodie mitior est factus et cuperet^{b)} hoc tempore omnium maxime in clero et per omnes ecclesias reformationem.

Semper ab eo tempore habuerunt Paderbornae indoctos concionatores, inter quos reperitur hodie Gerhardus Rodikenius Werlensis³⁾, qui, etsi interdum evangelii doctrinam amasset et se patronum verae doctrinae aliquoties declarasset, tamen beneficiis auctus opimis coepit stomachari in concionibus insolentibus contra veram doctrinam atque in synodis ditionalibus orationes Latinas habere et gloriose recitare, ubi quoque saepe Lutheranos taxavit. Ut vero suum nomen gloriosius redderet et se pontificiis carum et addictum exhiberet, coepit verbosum et fucatum commentarium de ceremoniis conscribere et in publicum dare anno 1561⁴⁾. In eo, quem episcopo et praelatis, ut capitulo cathedrali et reliquis opimis magnatibus ecclesiasticis, dedicavit⁵⁾, conatus est plerasque pontificias ceremonias et doctrinas tueri. Imprimis conatus est asserere quadragesimale ieiunium esse traditionem apostolicam et ideo inviolabiliter observandam dixitque scripturam ex patrum interpretatione explicandam.

Huic verboso et prolixo scripto ego Hamelmannus, qui in

a) *W*: regebat.

b) *W*: cupivit.

¹⁾ *Vgl. über ihn schon Bd. 1 H. 3 S. 214f.*

²⁾ *Ebenda S. 217.* ³⁾ *Ebenda S. 213f.*

⁴⁾ *De usu caeremoniarum in ecclesia . . . Coloniae 1561 <Münster UB>. Vgl. ebenda S. 214 Anm. 2.*

⁵⁾ *Dem Bischof Rembert, dem Dompropst Wilhelm Westphal, dem Domdechanten Hugo Budde und dem ganzen Domkapitel.*

vicinia eram, opposui contrarium idque breve scriptum et typis evulgatum¹⁾, in quo ostendo libertatem ceremoniarum atque demonstro vanas esse traditiones tacitas, postea quoque expono ex testimoniis ecclesiarum scriptorum Eusebii, Socratis, Sozomeni, Nicephori et Chrysostomi ieiunium quadragesimale non esse traditionem apostolicam et refuto illa breviter, quae pro sua assertione ex Hieronymo et Ignatio attulerat. Postremo doceo quoque ex praecipuis patrum dictis scripturam scriptura explicandam esse. Fraterne deinceps admoneo autorem, ut tandem deposito mendacio velit redire ad se et cogitare de sua aeterna salute in tempore et considerare diligentius dona Dei, tam temporalia quam aeterna, et suam concubinam potius ducere in uxorem commendando negotium Domino, quam in fornicatione mala conscientia mundi divitias obtinere²⁾. Propter quod scriptum sunt

¹⁾ Brevis et simplex commonefactio de libello Gerhardi Roetekenii concionatoris pontificii in urbe Westphaliae Paderborna (!), quem nuper de caeremoniis scripsit. Ubi explicatur, an sit vera apostolorum traditio ieiunium quadragesimale. o. O. u. J. (1561) <Frankfurt StB>.

²⁾ *Nachdem er ihn auf die kirchenrechtlichen Bestimmungen hingewiesen hat, fährt er fort:* Et quomodo quave fronte referes te tuam concubinam affectu coniugali vel clanculari copula habere (quod etiam miserae mulierculae persuades) idque praeter et citra notitiam tuorum praelatorum, cum hoc omnino non sit coniugium, quod tuis, tibi et tui similibus est prohibitum a vestro deo papa. Deposito igitur mendacio et luero, si vis niti bona conscientia, si vis Christum sanctificantem coniugia et detestantem impuritates pontificias atque concubinarias confiteri, duc tandem illam, obsecro, in uxorem nec te Christi pudeat nec, quaeso, in hac re respicias beneficia, quae si propter Christum perdas, centuplum recipies. Cogita, quanto cum offendiculo, quanto cum dedecore et liberorum tuorum eiusque mulierculae infamia et ministerii tui obtrectatione id a te fiat; taceo vulneratam in te conscientiam eiusque vermem rodentem. Haec si pie cogitaveris, facile expendes, quam tibi sit periculosum in isto statu agere. Satius est abiectum esse in domo Domini, quam habitare cum fastu quodam in tabernaculis impiorum. Cogita, o Gerharde, de aeterna tua salute et redi maturius ad te. „Hodie“, ait Psal., „si vocem eius audiveritis, nolite indurare corda vestra.“ Non dubito, quin plurima in pontificiorum doctrina et moribus improbes. Attamen ista propter ventrem, ventrem inquam, dissimulas, veluti illi fecerunt Johan. 12., qui etsi in Christum crederent, tamen non confitebantur propterea, ne ex synagoga eicerentur, quia magis quaerebant gloriam hominum quam Dei. Interim illi iamdudum ad infernum usque praecipitati iacent bis miseri in extrema miseria, ad quam ne et tu dilabaris, fac, ut in tempore ad lucem evangelii accedas et in ea, dum tempus, quod breve est, habes, ambules. Haec tibi si grata accidere cognoverimus, alias et plura et graviora dabimus.

et fuerunt mihi infestissimi dumheri et imprimis cancellarius Hen- *W* 1343.
ricus Coloniacus, patronus Rodikenii.

Hac pia admonitione sperabam ipsum reduci posse ad meliora, verum ab eo tempore in peiorem evasit. Nam lecto meo libro mox in die palmarum anno 1562. ^{a)} in pomeridiana concione conatus est prolixè probare unius speciei in eucharistia usum pro laicis recte institutum Rodikenius et postea digressus est in truculentam orationem dicens cives Paderbornenses necessario quoque cogi ad unam speciem sumendam ratione obligationis et recessuum (quorum antea mentio facta est) suorum aut ipsos tamquam perfidos a magistratu puniendos. Dolendum certe est eiusmodi vocem ab illo emissam, cum pluris tamen vox Christi, quam omnium episcoporum et senatus recessus et obligatio debebat esse. Et profecto nunc videtur reprobus esse, cum quotidie in pios cives debacchetur nominatis etiam quibusdam. Nam mox postea est factus praepositus monialium.

Dolendum etiam est, quod ad istos hactenus recessus paucis cognitos ^{b)} coegerit senatus suos novos cives, cum nunc sint alia tempora et illa doctrina, quae in istis recessibus quasi sub nomine imperii et Caesaris demandata legitur, sit a toto hodie imperio admissa et protestantibus statibus concessa, imo senatores, qui forte sunt adulescentes dumherorum, caecis vel excaecatis oculis videre nolunt, quod huiusmodi recessus et effectum istius obligationis suo exemplo Hermannus praesul irritum fecerit.

Postquam autem quidam pii cives, qui solebant ad vicinas urbes et pagos excurrere, ut veram Christi communionem perciperent, anxii in hac re et turbati illa concione me Hamelmannum consulere de huiusmodi iuramento et peterent significari sibi, quid in re tanta pie posset fieri, respondi ego non meis sed magistri sententiarum verbis, quae libro tertio sententiarum distinctione 19., quaestione, utrum omne iuramentum sit implendum, habentur, et ostendi Ambrosii, Augustini, Bedae, Isidori, Bernardi et aliorum testimoniis illud, quod contra fidem et caritatem iuramentum praestitum est, recte posse rescindi et nequaquam observandum, quod ab exemplo Davidis impediti per

a) *Die Zahl ist bei W zwischen unius speciei in und eucharistia gerückt.*

b) *W: cognitis.*

Abigail, ne satisfaceret iuramento suo, qui etiam agnovit se iuste et recte impediri, probatur. Adieci etiam dictum apostolicum: „Magis Deo oboediendum quam hominibus.“ Magistratui licet non *W 1344.* resistendum sit, tamen non latius nisi usque ad aram oboediendum esse. Haec mea responsio cum pervenisset forte ad manus dumherorum, quorum caput tunc erat Hugo Buddius decanus¹⁾, qui testibus ibidem papistis ut Epicuraeus vixit et mortuus est, cui anno 1567. successit Volmarus Brenkeus²⁾, acriter Hamelmanno minabantur, sed per cordatiores admoniti nihil publice ausi fuere, nisi quod interdum per suos invidiam ipsi conciliarent apud eos, qui autoritate ad deponendum Hamelmannum aliqua potiri aliquando possent, in qua re mirus semper fuit artifex cancellarius Henricus Coloniacus et alii.

Omnes plerumque pontificii dumheri et canonici cum variis sunt concubinariis³⁾ et Epicuraeam semper agunt Paderbornae vitam. Idem fit in coenobio Abdinckhave, quod ante centum annos de eo etiam coenobio scribit Crantius quoque.

Quid porro in rebus fidei ex causa evangelii Paderbornae anno 1566. et imprimis anno 1567. acciderit, breviter referendum erit⁴⁾.

Cum autem anno Domini 1566. saeviret pestis Paderbornae per aestatem, ut antea tectius evangelium docuit, ita nunc libere

¹⁾ 1551 bis 4. Mai 1567 (*Zeitschrift Bd. 43, 1885, Abt. 2 S. 60*).

²⁾ Volbert von Brenken, gestorben 2. Februar 1569 (*ebenda und Leineweber Bd. 67 S. 135*).

³⁾ Vgl. hierzu *Leineweber Bd. 66 S. 142 f.*, wo einige eklatante Fälle mitgeteilt sind.

⁴⁾ In der vom Michaelstage 1565 datierten Vorrede an die lippischen Städte in seinem Buche *De traditionibus apostolicis et tacitis*, Basileae 1568 (*Bonn UB, Rostock UB, Göttingen UB usw.*) sagt Hamelmann *Bl. a 2^a*: Hic vero V. Excell. Paderbornenses dominos, ut vicinos, adiungere debuissim, sed quoniam superioribus annis nec priorem ad Gerhardum Rodikenium admonitionem ipsis inscriptam (*vgl. oben S. 120*) nec posteriorem (*nicht bekannt; wenn nicht etwa der erst noch zu nennende „Sendebrief“ von 1567 gemeint, diese Stelle also später vor der Drucklegung noch eingefügt ist*) pio susceperunt animo, ideo eos nunc, ut a nostra syncera confessione adhuc alienos libens praetereo, optans tamen istis et reliquis in Westphalia civitatum quarundam rectoribus, qui nondum iugum pontifici Romano eiusque purpuratae meretrici subtraxerunt, meliorem mentem et veram ad Christi conversionem. De piis ibi civibus non dieo.

taxatis abusibus in templo Bustorpiensi praedicavit Rodolphus Bredebeckius. Ideo idem Bredebeckius incepit etiam tradere catechismum circa festum Michaelis. Mox eum collegiati canonici ibidem, quorum decanus erat ll. licentiatus Conradus Mollerus, de quo dicitur, quod agnoscat veritatem, turbant ex ministerio et dimittunt. In exilium eiectus consequitur vocationem Mindae in aede Mariana ¹⁾.

Interim Martinus Hoitbantus ^{a)}, legitimus pastor in ecclesia forensi ²⁾, in der Marckirchen idem quoque cum Rodolpho fecit, et deinde is in funeribus piorum canere coepit Germanicum psalmum „Mitten wir im Leben sind“ circa festum Bartholomaei ³⁾ et in ecclesia orationem dominicam „Vater unser im Himmelreich, Der du uns alle heißest gleich“. Is quoque non terretur exilio Rodolphi, sed strenue pergit in pio proposito.

Mox autem Hoitbantus citatur ex iussu episcopi Remberti Kersenbrochii ab officiali Conrado Mollero, ll. licentiato, et ei exhibentur literae episcopi ad officialem datae, quibus ei iniungitur, ut rationem suae susceptae novitatis coram officiali reddat et addat, cur sacramentum altaris aliter, quam ibi usitatum fuerit, porrigat et praeter veterem morem novas cantiones et Germanicas exordiatum atque cum populo decantet. Deinde minaciter ei imponitur, ne in posterum tale quid tentet, aut id inique ulturum episcopum, nam ipsum possessionem istius ecclesiae propterea consecutum esse, ut in veteri W 1345. religione permaneret, atque simul promisisse iuramento in sua ordinatione se eam retenturum esse. Si vero non statim ab incepto desistat, officialem nomine episcopi Martinum debere privare ecclesia illa et pastoratu et deinde praeter illud incommodum posse maiora pericula accidere ei. Ad primum respondit sibi non constare, quod singulari aliqua obligatione praeter illam, quae

a) B: Hodebantus, W: Hodebandus. Später in B meist Hoitbantus und Hoithbanthus, bei W von 1346 an die selbstgemachte Form Hoitbundus. Ich setze im Texte gleichmäßig Hoitbantus. b) B und W: a.

¹⁾ Vgl. oben S. 85.

²⁾ Ein Liborius Hoitbandt, vielleicht ein Bruder oder Vetter Martins, war evangelischer Prediger in Warburg. Über seine Duldung wurde 1570 zwischen Landgraf Wilhelm von Hessen und Bischof Johann verhandelt (Staatsarchiv Marburg).

³⁾ 24. August.

omnibus in papatu usitata est, se ad religionem illam, quam catholicam vocarent, obstrinxisset, nec equidem se fuisse unquam eius sententiae, quod voluisset aliquos aliter quam papistico modo communicare. Verum ingruente peste a multis agonizantibus multoties rogatum, ut dignaretur eis communionem utriusque speciei porrigere, ipsum ^{a)} vero, dum hoc eis negaret, hoc tulisse responsi: „Ideo et hoc tuae conscientiae committimus, ut tu in die iudicii tunc pro ista gratia nobis non impertita respondeas Christo, qui iussit utramque speciem suis ex aequo christianis, quod etiam Paulus, ipsius apostolus, clare repetit.“ „Ego ergo,“ inquit, „etsi praeceptum ecclesiae praetenderem, sum tamen ita animo percussus illorum et aliorum multorum agonizantium vocibus talibus et expensa institutione Christi, ut ^{b)} coeperim hoc facere, quod videbam veritati consonum esse. Si huic relationi non creditur, adducam et custodem et multos alios, mihi testes huius rei. Ad secundum sic respondeo: Fateor me cantionem Germanicam, quae alias debet orari ab ecclesia, cantasse cum plebe, ut ita ad zelum et devotionem excitarentur. Ad quam necessitatem me redegit inopia cantorum, quia non potui cum sene custode psalmodias, hymnos, introitus et alia divina exercitia celebrare iamiam concionaturus. Nam licet sint multa altaria et beneficia in hac mea parochia, tamen nemo ex omnibus istis beneficiatis, qui redditibus gaudent, unquam comparuit in nostro choro, ut nos iuvaret. Quod vero addiderim cantionem ‚Mitten wir im lebend sein mitt dem todt umbfangen‘, hanc habet rationem, quod nos illam cantionem Latine saepe canamus: ‚Media vita.‘ Ut igitur illa pia cantio in hac calamitate et peste grassante ab omnibus perciperetur et inde omnes certam spem conciperent, ideo illam cecini Germanice. Et tales cantiones in multis locis retineri et cani Germanice per ditionem Paderbornensem *W 1346.* apertum est. Quia igitur hoc est scripturae sacrae et eruditae antiquitati consonum et cedit ad aedificationem ecclesiae, ideo spero principem vestrum non impediturum, quae ad salutem suorum subditorum a me paraguntur in hac calamitate communi. Oro etiam V. R., ut dignemini indicare principi me has ferre molestias

a) *B und W*: ipse.b) *fehlt B und W.*

non auri, pecuniae aut lucri causa, quia nullis haec mea parochia est dotata redditibus annuis nisi unica mensura hordei, qua si ego privor, non tam mihi incommodatur quam parochianis, qui meo ministerio uti cupiunt.“ Haec scripta etiam tradidit officiali.

Ita ille perstitit in sua sententia usque in proximum annum 1567. Tunc vero ad initium quadragesimae dominica Invocavit, qui erat 16. Februarii, incepit loco impii cantus „Salve regina“ tradere et explicare catechismum a prandio hora tertia. Ideo mox ultimo Februarii, qui erat dies Veneris ante dominicam Oculi, his literis ad arcem episcopi citatur.

Rembertt von Gottes gnaden Bischoff zu Paderborn.

Lieber andechtiger, wir haben etliche sachen, daran uns gelegen, mit dir zu reden notig. Ist derwegen unsers gnediges gesinnen, du auff den nachmittag umb drei uhren alhier ankomen und solche gelegenheit vernehmen und anhoren wollest. Dessen thun wir uns gentslich verlassen. Geben Newenhusen am lesten^{a)} Februarii Anno etc. 67.

Unserm pastor zur Marckirchen und lieben andechtigen Martino Hoitbandt^{b)}).

Hic iterum se per literas excusat conquerens ea ipsa hora sibi concionandum esse coram plebe, quam non possit ea doctrina privare. Ideo orat, ut excusatum ipsum habeat episcopus. Petit autem supplex sibi aut per legatos aut per literas mandata ab episcopo intimari.

Citatur igitur coram officiali 2. Martii, qui erat dominica *fehlt W.* Oculi, ad horam 12. Ibi proposuit officialis nomine episcopi mandare episcopum, ut illa nova contra catholicam (intellege papisticam) consuetudinem invecta exercitia cantionum Germanicarum, docendi catechismum et alia deponeret. Vides perversitatem papistarum et sibi contradicentes illas bestias, quia Michael Sidonius et Johannes Ferus pro concione explicuerunt catechismum in ecclesia Moguntina, quae est Paderbornensis ecclesiae metropolitana, et deinde ediderunt. Emiserunt quoque Gropperus, Wicelius,

a) *W*: ersten.

b) *W*: Hoitbund.

Scopperus ¹⁾, tres egregii apostatae, catechismos catholicos et deinde Nausea ²⁾ et plerique alii. Si igitur illi non sunt in ecclesia tradendi, cur igitur exstant? Sed sic apparet consonantia catholicorum.

Deinde praecipitur eidem, ne amplius sacramentum sub utraque specie cuiquam porrigeret (quamquam cum conditione illam et papa aliquoties et concilium Tridentinum et Ferdinandus rex Romanorum per suas ditiones et dux Bavariae Albertus atque Henricus dux Brunsvicensis permiserint; verum adeo furiosus est et omnis doctrinae expertus battologus tantum Henricus Coloniacus, qui patrem dicitur ignorare suum, ut tamen haec sub nomine episcopi tentet), sed ut per omnia catholicae ecclesiae et doctrinae se faceret conformem propter schismata vitanda. Si vero id non fieret, se fore ultorem.

Is mox respondet in scripto et verbis se quidem paratum esse in omnibus parere episcopo et vitam et bona sua eius Cels. impendere, sed verbum Dei se non posse in ullius hominis gratiam immutare et in illud magisterium exercere. Vivere enim hominem non ex solo pane, sed ex verbo Dei, Matth. 4., et ne angelos quidem id mutare posse aut, si tentarent, essent ^{b)} omnino anathema, Galat. 1. „Ideo oportet me et omnes pios respicere verbum Dei ‚Maledictus est, qui ponit brachium suum hominem,‘ Hierem. 17., et psal. 146. ‚Nolite confidere in principibus‘. Ideo me nostro principi in causis temporalibus, vita, bonis, fortuna mea subicio et ei me summam debere oboedientiam agnosco. Sed in causis conscientiae ille nihil habet. Hanc solam oportet me Deo puram et integram, quantum in me est, servare. Sum vocatus et hic pastor ordinatus, ut doceam evangelium ex praecepto Christi Matth. ultimo. Ergo doceo etiam catechismum ut partem evangelii et compendium doctrinae Christi. Si igitur omnes gentes docendi, ideo imprimis etiam pueri. Ut igitur satisfacerem officio, volui eos, quos magno numero repperi in confessione rudes, erudire solidius. Deinde video quoque eandem catechismi doctrinam a praeposito Gokirchiano d. Gerharo Rodekenio. Psalmos, quibus

a) B: Nunsea. b) B: esset.

¹⁾ Gemeint Jakob Schöpfer in Dortmund (vgl. Bd. 1 H. 3 S. 99). Die übrigen (Sidonius, Wild, Gropper, Wicel, Nausea) sind bekannt.

paucis utor in nostro idiomate, scio in verbo Dei fundatos nec impios. Ideo abicere nequeo. Erudiunt enim et consolantur indoctos et rudem plebeculam huiusmodi cantiones Germanicae. Nunquam dedi occasionem ad dissidia et discordiam excitandam, sed semper meos auditores ad pacem hortatus sum et monui, ut sibi caverent a sectis et haeresibus et puro verbo Dei adhaerent¹⁾. Ideo libenter faciam, quod fecit Christus filius Dei stans coram pontifice Hanna, cum alapam ei impingeret gnathorum aliquis, dicendo: „Si male locutus sum, ostende malum esse, sin minus, cur me verberas?“ Quanto magis ego miser homo errori et vanitati obnoxius, quod Christus a famulo petiit, a doctis et magnis viris hic et ubique peto. Ideo cuperem demonstrari mihi, ane mea exercitia sint fuerintve verbo Dei consona, et plane spero venerandissimum principem senem non velle subditos suos sanguine Christi et non auro aliquo partos ita premere et illorum conscientiam laedere, sed potius hoc, quod per totum imperium Romanum est concessum et in aliis locis et oppidis et pagis suae Cels. permittitur, indulgere suis civibus in hac urbe. Quod ad sacramenti distributionem sub utraque specie attinet, de ea re alias respondebo, cum plus fuerit otii.* Mox Hoitbantus addita supplicii petitione et humili subiectione concludit literas 3. Martii anno 1567.

Statim mox coepit ille 9. Martii, qui erat dominica Laetare, publice in ecclesia Germanicis verbis sacramentum altaris praemissis aperte verbis institutionis sub utraque specie distribuere et habuit multos communicantes. Propterea iterum citatur coram officiali sequenti dominica Iudica, qui est dies 16. Martii. Ibi acriter reprehendit eum officialis, quod haec, quae illi toties prohibita sint, faciat et deinde scriptam responsionem exigit, quam ille possit praesuli offerre. Interim dum decreverat ei sequenti die Martis 18. Martii offerre scriptas rationes, turbatur ab impio secretario episcopi et iubetur ab eo statim accedere consiliarios principis collectos in Abdinckhaff. Ita ille se secretario comitem praebuit nemine hoc sciente. Expectans paulo intromittitur Martinus Hoitbantus et reperit ibi ex dumheris praepositum cathedralem Wilhelmum Westphalum, Volmarum de Brencken (nunc

¹⁾ Vgl. *Hoitbandt, Apologia Bl. J 1^a ff.*

decanum, tunc adhuc canonicum summi templi), Wilhelmum de Hasfelt, Roserum de Westerem dumheros, Conradum Mollerum licentiatum et officialem, deinde ex consiliariis Henricum Coloniae cancellarium, Philippum ab Horde, aulae praefectum, Fridericum Westphalum, ditionalem satrapam, Schonebergium Speigelium consiliarium. Ibi in synedrio verba ad Hoitbantum fecit prolixè cancellarius et primo de iussu et nomine praesulis quaerit, deinde consiliariorum, quo autore has novitates in ecclesiam Paderbornensis urbis induxerit. Amice quoque eum admonuit et oravit, ut cogitet, quomodo istis se abdicet, ut ita gratiam praesulis recipiat, qua si exciderit^{a)}, id sibi et toti familiae suae honestae fore molestum, grave et dedecorosum. Si pareat, se fore patronos ei, ut de meliori conditione ipsi prospiciatur.

Respondet Martinus Hoitbantus: „Quia celebre exstat in 5. lib. Mosis de audiendo Christo solo praeceptum et additur comminatio eum tamquam zelotem et potentem Deum hoc in excedentibus tale praeceptum vindicaturum et eradicaturum eius animam, qui ipsum non audiat, et quia Petrus istum locum de Christo Actor. 3. explicat ostendens solum Christum esse nostram salutem, ideo ex mandato concilii magni Matthaei 17., ubi iubet pater hunc audiri, non possum aliter quam hunc Christum audire meaque verba, conciones, ordinationes, ceremonias exercitiaque in ecclesia [non aliter] formare quam iuxta eius verbum. Et ne quidem Christus ipse quicquam dixit [et] fecit, nisi quod pater iusserat et mandaverat. Multo minus hoc me homuncionem decet. Haec obsecro, Domini mei honorandi, expendamus. Christus ait Johannis 12.: ‚Qui me contemnit nec suscipit verba mea, habet iudicium suum, et verbum hoc, quod locutus sum, iudicabit eos.‘ Ita ego timore Dei et tam seriis mandatis Dei eiusque filii et spiritus sancti territus et perductus non potui amplius aliter sacramentum administrare quam sub utraque specie, cum id ita ille instituerit pro tota ecclesia, ut verba coenae apud tres evangelistas et Paulum 1. Corinth. 11. sonant. Quod vero accusor, quasi dissidia moveam his verbis, id aperte nego, cum imprimis et loquar et secter, quae pacis sunt. Ideo provoco ad meos

a) B: excideri.

auditores.“ Tertio, de cantionibus a se hactenus in lingua Germanica usurpatis in sua parochia dixit: „Tam sum certus eas esse verbo Dei consonas et ibi fundatas, ut etiam singula illarum et verba et versus ex scripturis sanctis tueri possim.“

Mox cancellarius replicat: „Nec de vita nec de doctrina tua verba facimus, opinamur autem te commode posse unam speciem sacramenti porrigere et quosdam cantus intermittere, cum non semper sint integri et bona fide translati de verbo ad verbum. Non enim in psalmo ‚Deus refugium etc.‘ leguntur vel haec verba vel sententia illa ‚Wenn die welt vol teuffel wer etc.‘“ Respondit Hoitbantus: „Etsi illa ipsa verba non reperiantur ibi, verborum tamen eorundem sensus ibi habetur psal. 46. ‚Conturbatae sunt gentes et inclinata sunt regna, dedit vocem suam et mota est terra, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob, Venite et videte opera Domini, qui posuit prodigia super terram auferens bella usque ad finem terrae, Arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni etc.‘, et alibi sic se declarat: ‚Super aspidem et basiliscum ambulabis, conculcabis leonem et draconem.‘ hoc est: etsi diabolis omnibus repletus esset mundus, tamen brevi conculcabuntur super pedibus nostris.“

Mox cancellarius dixit: „Non venimus huc, ut tecum disputemus, sed ut amice tecum agamus. Ideo cupimus, ut secedas.“ Deinde emissi sunt officialis et Rosserus Westerem, ut adhuc cum Martino Hoitbantio agerent. Illi multis modis persuadere conabantur, ut remitteret ad praesulem cupientes communicare sub utraque specie, ut ibi prius gratiam impetrent id faciendi.

Interim colliguntur ad concionem et lectionem catechismi hora tertia pomeridiana multi cives, qui cum desiderarent pastorem et deinde intelligerent ipsum esse reclusum in monasterio Abdinhave, putabant ita agi cum ipso, ut olim anno 1531. agebatur cum quibusdam miseris civibus ibidem, hoc est, ut ad episcopum vinctus vel captus duceretur. Ideo turmatim conferunt sese ad coenobium et cupiunt sibi restitui pastorem. Etsi vero terrentur et increparentur, quasi seditiose agerent et minis graviter peterentur, tamen non discedunt, nisi dimitteretur pastor.

Is ita dimissus cum civibus et auditoribus suis redit ad suam parochiam et postridie revertens ad officialem dicit se conscientiae

causa nec posse nec etiam audere remove populum a communionem utriusque speciei aut revocare ad usum unius speciei, imo ipsos esse eius propositi, ut nec possint nec velint usum istius formae remittere et alium, qui est verbo Dei contrarius, assumere, multominus ipsos propterea vel principem adire, cum hoc eis liberum concesserit filius Dei. Respondit officialis: „Nihil de ea re amplius scribam praesuli, ne et ego habear suspectus.“ Ita Martinus Hoitbantus fortiter pergebat in suo instituto.

Cum vero per hiemem in sua patria urbe Paderbornensi haereret propter pestem ocludentem sua saevitia scholam in civitate Hervordienti et confirmavit Martinum et multos cives vir doctus et pius M. Franciscus Luckenius ¹⁾.

Interim magno labore, mendaciis infinitis, calumniis variis, virulenta petulantia, accusationibus et delationibus importunis et multis detrectabat, diffamabat et insectabatur Martinum Hoitbantum multoties et singulis momentis apud episcopum, dumheros, cancellarium et alios homo impius et iam apostata factus Gerhardus Rodikenius, qui simul astutia, fraudulentia et mendaci ore iuverat maxime promoveratque nuper exilium Rodolphi Bredebeckii. Ut igitur illum paululum compesceret, in suo elencho publice edito ita eum et patronos Rodikenii, videlicet illos dumheros omnesque impios sacrificulos et pontificulos in urbe Paderbornensi depinxit, ut sequitur. Placet enim praecipuam partem elenchi ²⁾ adscribere, quam Franciscus Luckenius ediderat.

Verae et optimarum artium studiosae iuventuti, quae est in urbe et diocoesi Paderbornensi, Franciscus Lucken, scholae Hervordiana rector designatus, s. et felicitatem in studiis.

Julianus imperator, qui ob desertam religionem Christianam, quam adolescens didicerat ac professus erat, apostata dictus est, cum esset acerrimus et infensissimus hostis ecclesiae Dei, variis eam modis et innumeris artibus oppugnavit, nihil, quod ad oppressionem ecclesiae faceret, intentatum relinquens. Edicta enim sanguine scripta contra Christianos edidit et rursus iussit aperiri templa idolorum et eis sacrificari, reditus ecclesiis eripuit, ne possent

¹⁾ Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 218.

²⁾ Das Original habe ich nicht ermittelt.

ali docentes et discentes, et virulentos iocos addidit, se facere expeditiores ad regnum coeleste, quia in ipsorum libris scriptum sit „Beati pauperes, quia eorum est regnum coelorum“. Neque vero illa petulantia et saevitia contentus fuit, sed aliud etiam multo efficacius in perniciem et internicionem ecclesiae meditatus est atque paruit. Nam publico edicto prohibuit Christianorum liberos admitti in scholas rhetoricas dicens „Propriis pennis ferimur“. Vidit nimirum astutissimus hostis ex scholis prodire adolescentes artium et linguarum cognitione instructos ad refutandas ethnicae opinioniones et Christianam doctrinam propagandam et latius spargendam nec esse aliam magis compendiarium viam opprimendae ecclesiae, quam si Christianae iuventuti scholis omnino interdicatur. Eodem quoque consilio apud pontificios, verae ecclesiae hostes, scholas docentium et discipulorum artes et linguas iam olim sublatas esse nemini obscurum est, ne videlicet, quemadmodum Julianus dicebat, propriis pennis feriantur, hoc est, ne ipsorum religio, quam propter opes, dignitates et voluptates mordicus tuentur, in scholis ipsorum veluti proprio telo conficiatur ac damnetur. Nam quae paedotribae hodie canonicorum collegiis adiunctae sunt, illae tantum propter ineptos et impios boatus in templis et alias ceremonias idololatricas^{a)} celebrandas foventur, atque iis praesunt vel indocti magistrelli vel alioqui a vera religione alieni et ventris causa aut spe consequendae dignitatis turpiter pontificiis assentantes, qui teneros animos papisticis opinionibus imbuunt et ad idolomaniam et impios cultus assuefaciunt. Cuiusmodi Ecebolum et assentatorem pontificium fuisse meminimus, dum ludimagister erat, et etiam nunc esse in urbe Paderborna istum inflatum hierophantam vel potius holophantam evangeliomachum, cui a fuligine vel sectis, quas semper magno ore crepat, cum ipse sit omnium nocentissimus, sectae papisticae nimirum addictissimus, fatale nomen esse reor, qui ruinosum antichristi regnum veluti Atlas coelum sed tibiis podagricis fulcire conatur, quem tragicus et horrendus exitus, qualem omnes blasphemi apostatae semper experti sunt, iusto Dei iudicio vindicibus flammis sibi, qui contraria delet, procul dubio manet, nisi mature respiscens in viam redeat. Equidem quoties de studiis pueritiae cogito, non

a) B: idolatricas.

sine magno gemitu patriae meae carissimae infelicitatem deploro, quod in ea urbe, quae et antiqua metropolis est, et rerum omnium, quae ad victum cultumque corporis pertinent, ubertate divino concessu et munere abundat, praecipuum tamen et maxime necessarium ornamentum desit, celebre videlicet paedagogium publica senatus autoritate erectum, in quo civium liberi a rudibus statim annis veram pietatem una cum politioribus^{a)} literis imbibant. Profecto miseranda patriae meae calamitas est, fortasse quam intelligunt adeo prorsus negligi et quasi in ipsa herba perire hunc praestantissimum florem reipublicae, teneram nempe iuventutem, in qua tamen, si bene et liberaliter excolatur, omnem spem florentis et beatae reipublicae sitam esse omnes sapientes viri iudicant, sicut venuste a poeta dicitur:

Si bene floruerint segetes, erit area dives,
Si bene floruerint vineae, Bacchus erit.

Quid? Quod multa etiam bona ingenia ad gloriam Dei et patriae salutem iuvandum feliciter nata, antequam satis maturuerint, sacerdotiis opimis et splendidis, ut vocant praebendis, veluti Circeis poculis inescata ab incepto studiorum cursu ad vitae genus Deo minime placens abducuntur, ubi praeter Sybariticos luxus et voluptates nihil omnino aliud spectatur aut agitur. Haec detrimenta et hanc cladem patriae incomparabilem saepe consideremus. Equidem vota facio et veris gemitibus Deum aeternum, patrem Domini et redemptoris nostri Jesu Christi, oro, ut propter nominis sui gloriam pro sua immensa bonitate meam patriam ab exsecrando antichristi iugo, sub quo per multos, proh dolor, annos misere oppressa tenebris plus quam Cimeriis iacuit, clementer vindicet in regnum evangelicae lucis et ipsos gubernatores suo spiritu regat et flectat, ut coelestem doctrinam amplexi pontificia idola et abusus exsecrentur ac deleant atque ad publicam utilitatem et decus ludum literarium piis et eruditis magistris instructum aperiant ac liberaliter foveant, in quo casta et Christiana iuventus, quam propheta plantulas nominat in coelesti horto ad gloriam Dei satas, ad veram agnitionem et invocationem veri Dei et honestam disciplinam sedulo instituat atque artes dicendi et linguas Graecam et Latinam feli-

a) *B*: politioris.

citer discat, ut olim, cum matura viros hos fecerit aetas, patriae et ecclesiae usui et ornamento esse possint. Ad quae vota, adolescentes carissimi, verae pietati et rectis studiis addicti, vestras quoque preces ut coniungatis, vos etiam atque etiam adhortor, ut quasi manu facta Deum ambiamus pro nostra et patriae communi salute adversus pontificios, qui nihil minus ferre possunt quam vos a teneris a catechetica doctrina recte informari, assidue precantes. Nec dubitabimus, quin Deus pro sua paterna benignitate illud, quod petimus, largissima manu aliquando daturus sit. Haec Luckenius.

Propter ista scripta passim per urbem et ditionem affixa et multorum manibus attrita periclitabatur in eadem urbe Luckenius.

Interea ego Hamelmannus, cum essem Antwerpiae¹⁾ edoctus has res, scripsi epistolam ad pios cives Paderbornenses confirmandi eos causa in pio proposito²⁾. In ea epistola exorsus a duritie Gerhardi Rodekenii deploro hominis caecitatem, quod nostrum levissimum scriptum ante sexennium editum, quo amice ipsum admonui, repudiaverit non solum et contempserit aliorumque piorum virorum obtestationes floccifecerit, sed etiam ab eo tempore omni furore percitus et plenus coeperit primum concionibus, deinde quoque privatis colloquiis stabilire et confirmare omnes feces papismi contra conscientiam et imprimis unam speciem pro laicis in eucharistia et me omnesque pios dire proscindere convitiis. Tertio quoque refero et repeto, quae ad me perlata erant, nempe me intelligere, quod Rodekenius maxime cupiat propositum Martini Hoitbanti pastoris forini pium turbare et omnes pios vero usu sacramentorum atque evangelii privare atque quotidie istum in concionibus clamitare de fidifragis civibus, quasi ii promiserint^{a)} in recessibus sub Erico et Hermanno episcopis obsignatis et assumptis se nolle communicare vero usui sacramentorum et evangelii Christi ideoque nunc oblitos iuramenti

a) B: promiserit.

¹⁾ *Dort war Hamelmann damals kirchlich tätig. Vgl. E. Knodt im Jahrbuch Jg. 1 (1899) S. 23f.*

²⁾ *Ich teile die seltene Flugschrift, deren einziges noch nachweisbares Exemplar sich im Besitze des Herrn Pastor D. Rother in Soest befindet, als Beilage zu diesem Abschnitte mit.*

ruere in perversum sensum. Postremo, quod etiam pie defunctos in Domino, qui alibi communicaverant sub utraque specie, tartareis flammis adscripserit et vivos diabolo communicasse dixerit (nam solebant plerique vel Huxariam vel in ditionem Lippiensium comitum se recipere communionis Christi causa ex eius mandato percipiendae). Ideo tandem adhortatiunculam subicio, cuius summa haec est:

Oro vos, fratres, ut perseveretis in usu sacramento eucharistiae, quem omnibus ex aequo Christianis sub utraque specie non sine singulari mysterio commisit Christus, ut Paulus 1. Corinth. 11. declarat: „Accepi a Domino et tradidi vobis.“ Et mox repetit verba institutionis coenae dominicae. Et haec scripsit omnibus Christianis, qui erant Corinthi, ut ex initio istius epistolae patet. Item expresse inquit: „Quoties convenitis, quisque sumit sibi propriam coenam, cum debeat esse communis.“ Item: „Quoties de hoc pane comederitis et de calice biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.“ Item: „Qui indigne edit de hoc pane et indigne bibit de hoc calice, reus est corporis et sanguinis Domini.“ Haec quidem sine ulla exceptione ad omnes Corinthios refert. Ut vero omnia fiant clariora, sic ait ibidem Paulus: „Probet seipsum homo“ (nota sine ulla exceptione omnis Christianus) „et ita edat de pane hoc et bibat de poculo hoc, ne sibi iudicium edat et bibat.“ Cum claris illis scripturae sanctae testimoniis faciunt quoque doctores et patres antiquae ecclesiae, qui etiam solidas addunt rationes, cur utraque species omnibus debeat porrigi, ut ego in publicis scriptis contra Jacobum Horstium, licentiatum et sophistam Coloniensem, editis¹⁾ perspicue declaravi. Oro etiam vos, ut canatis psalmos in vulgari lingua et laudetis Dominum, quia id ita iubet Paulus 1. Corinth. 14., Eph. 5., Coloss. 3. Nam haec forma quoque est primitivae ecclesiae usitata. Quod vero ad obligationem recessuum attinet, nihil sitis solliciti, quia suo exemplo et literis ad vos missis rescidit et irritos fecit istos recessus episcopus Hermannus de Weida. Deinde non potestis amplius obligari istis recessibus, nisi velit episcopus vester et vos repugnare toti imperio, quia in istis vestris recessibus damnatur et haeretica

¹⁾ Vgl. unter Dortmund (W 1032 f.).

iudicatur doctrina Lutherana, imo tamquam mala a Caesare et papa damnata ibi prohibetur. Sed iam ab imperio ea doctrina est approbata, permissa et legitima iudicata. Interim fingamus tam efficax esse illud iuramentum et obligationem, iam quaestio est, an etiam possit vos obligare eatenus, ut intermisso Dei mandato hominibus gratificemini. Hanc quaestionem facile pueri solverent. Sed consideremus rem in similitudine. Finge, si quisque civium Paderbornensium vicino alicui domino, principi aut nobili iuramento interposito promississet sub anni spatio se pro pacto pretio oblaturum isti arma et tela et sagittas, interim vero contingeret, ut is nobilis aut dominus renunciaret amicitiam Paderbornensi urbi et se eis hostem declararet bellumque indiceret, quis iam, obsecro, diceret illum civem impie facere, si non stet promissis? Nam et rerum mutatae sunt conditiones, cum quidem, antequam ullae turbae acciderent, nil promiserit, quod honestum et iustum non esset. Hic civis vestro iudicio non aliter excusari potest a iuramento, nisi quod posterior obligatio non valet priorem, quae per se efficacior est, abrogare. Nihil minus cogitabat civis ille, quam istis armis oppugnatum iri locum patrium, cum iste inter dominum et se contractus iniretur. Iam patriae utilitas praefenda est privatae. Ita quoque dicamus de vestro iuramento. Alia nunc res hoc tempore et alia fuit conditio, cum isti recessus fierent, et aliud nunc vestra dicitur conscientia quam tunc.

Haec erat summa epistolae meae, quam postea pii viri mittebant ad M. Hieronymum Mencilium, superintendentem ecclesiarum per comitatum Mansfeldensem, qui edidit eam adiecta praefatione, qua honorificam mei facit mentionem et acriter Rodikenium ut arrogantem, avarum perstringit et miratur eius impuritatem, durtiem et crassitatem in defendenda una specie eucharistiae.

Hac epistola edita et episcopus et cancellarius me graviter accusarunt scriptis et verbis minaciter apud Lippiensis comitatus proceres et volebant me eiectum, imo dicebatur quoque eos me accusasse apud heroes circuli vel ordinis Westphalici. Nostrum me graviter primo incusarunt, sed cum inspicerent scriptum et considerarent illud editum a R. D. Menzelio me inscio, facti sunt mitiores et responderunt Paderbornensibus scriptum illud non esse a me editum, sed ab alio, contra quem, si vellent aliquem incusare,

possent instituere accusationem. Interim quotidie sperabat Rodikenius me eiectum iri. Et ut de eo loquar, quod res est, profecto dignus est Rodikenius extrema obiurgatione et insectatione, quoniam ille adeo vehementer institit apud cancellarium et quotidie urget, monet, currit, laborat hactenus, ut eiceretur Martinus Hoitbantus, quia cupivit semper solus esse rex in regione caecorum. Olim ille interim tacite plerisque sacramentum sub utraque specie porrexit et optime novit summam verae doctrinae, sed iam induratus est concubinam publice alens et omnia papistica sacra exercet eaque scriptis, concionibus et aliis mediis tuetur, dire execratur et devovet nostram religionem et doctrinam et me omnesque nostros theologos atque factus iam praepositus multum se macerat pro papatu.

*W 1346
Zeile 29.*

Sed redeo ad historiam de Martino.

Martinus Hoitbantus 21. Martii, die Veneris ante dominicam palmarum indicavit finita concione parochianis praesulem omnino nolle admittere, ut ipse eis porrigeret utramque speciem in eucharistia. Ibi illi solliciti tandem ex communi deliberatione constituunt, ut piam ad senatum ordinarent supplicationem, cuius haec erat summa: „Postquam Dominus pium et sinceram doctrinae concionatorem nobis^{a)} largitus sit, qui et pie doceat et sacramenta sincere et iuxta mandatum Jesu Christi administret et diligenter ad omnis aetatis [usum]^{b)} sese accomodet in ceremoniis, confessione et concionibus et doctrina catechismi, ut omnes, et senes et pueri, item rudes et simplices, viam salutis percipiant, aedificentur et recte doceantur, atque eius vita et quotidiana admonitione nunc ad poenitentiam et honestam perducamur vitam omnes, ideo' nec melior nec nobis magis idoneus potest exhiberi doctor, et nihil unquam magis^{c)} nobis molestum et triste vel calamitosum accideret, quam vel eo privari, vel haec ipsius pia exercitia in eo impediri debere. Cum vero intelligamus ipsi nomine praesulis et cathedralis capituli a consiliariis esse graviter et minaciter iniunctum, ne talia exercitia in ecclesia retineret nec amplius nos sub utraque specie communicaret, verum nos hoc petentes potius

a) *B und W*: ipsis. b) *W*: omnes aetates.

c) *B und W wiederholen hinter magis nihil.*

ad praesulem remitteret, aut si ^{a)} aliud tentare pergeret, eum violentia amotum iri, profecto his auditis graviter sumus territi, et iam ad V. P., patres conscripti, tamquam nostros tutores, nutritios et magistratum legitimum, confugimus et oramus, ut quanta possitis diligentia, agere dignemini, ut et haec exercitia retineamus et is pater nobis in tali proposito pergens relinquatur, quia aliam religionem conscientiae causa non amplius amplecti nec etiam nos ulli pontificio doctori submittere possumus. Agite, domini nostri, ne iterum ex luce ad tenebras transferamur, efficite, ne tam dulci usu eucharistiae et solida privemur consolatione et tam utili et bono viro. Oramus igitur per misericordiam Dei et per meritum Jesu Christi, ut nobis eam gratiam ab episcopo impetretis, ut illud nobis, vestris subditis, concedatur, quod honestum et pium est et obtineamus thesaurum salutis. Ponite vos mediatores, ne turbentur et nostrae et nostrarum uxorum et liberorum conscientiae et illaqueentur hominum statutis. Promittimus rursus omnem erga praesulem et magistratum oboedientiam, reverentiam et subiectionem in rebus corporalibus.“ Imo iterum pathetice orant ac instant.

Haec scripta 22. Martii anno 1567. obtulerunt utrique senatui et tribunis. Sed mox die Jovis ante pascha, qui erat 27. Martii, vocantur cives ad curiam, et ipsis declaratur, quid responsi senatus ad supplicationem civium accepisset ab episcopo per cancellarium (sic enim retulit senatus). Inique ferre praesulem istam mutationem factam a Martino citra et praeter auctoritatem suam et iniquius hoc capere, quod negligat suum mandatum ipsi ut pastori aliquoties per officialem et consiliarios indicatum et ita superba W 1348 inoboedientia se ipsum in decrepita senecta ab illo Martino contristari et turbari, imo hoc nunc iniquissime interpretari, quod iam a tali inoboedienti pastore excitentur cives, ut ipsi obliti sui iuramenti et promissionis principem suum fatigent et se opponerent eidem in iis rebus, quae ipsis concedi non possint propter archiepiscopum Moguntinum, cui sit Paderbornensis praesul subiectus. Interim utriusque speciei usum non improbare se, sed adhuc nisi de metropolitani consensu non concedere posse illud ¹⁾.

a) *B und W*: sibi.

¹⁾ *Diese Angabe bezweifelt Leineweber Bd. 66 S. 151.*

Scripturum tamen promittit se ad Moguntinum, ut eius cognoscat sententiam. Interea quosdam posse alibi communicare sub utraque specie iis in locis, ubi hactenus consueverunt. Posse interim, concedit quoque, psalmi unius cantum admitti. Ideo mandavit senatus, ut his episcopi mandatis parerent et cogitent, quam gravibus recessibus sit episcopo subiecta respublica Paderbornensis, cum ipsi^{a)} sese obstrinxerint olim, quod eis non liceat ullos concionatores vel doctrinam citra consensum episcopi suscipere.

Post gratiarum actionem dictam consentiunt cives, ut administratio sacramentorum aliquantulum intermittatur. Interim ut de consensu iam facto episcopi et conciones et psalmodias possint retinere, orant. Id concessit senatus. Interim nihilominus in suo proposito pergebat Hoitbantus et per ferias paschales communicavit sub utraque specie omnes confitentes, ad 500 uno die.

Nec tamen hoc praetereundum est. Paulo ante dies festos, hoc est die Veneris ante pascha, qui erat 28. Martii, vocatus est Martinus a duobus pedariis capituli maioris ad porticum summi templi. Ubi cum compareret Martinus, ecce praesentes erant ibi Gisebertus Buddaeus, praepositus summus Osnaburgensis, Jodocus de Castro, canonicus maioris ecclesiae Osnaburgensis et Paderbornensis, et Rosserus Westerem, canonicus ibidem, qui tres iterum ei proposuerunt, ne ille pergeret communicare populum sub utraque specie et nova illa cantandi et concionandi (videlicet catechismum) exercitia instituere et retinere. Deinde quaerunt ab illo huius rei causam et quo autore id faciat, imo cur etiam eos damnet, qui iam sint mortui et communicarint uni speciei et dicat illos daemone rapere, qui unam sumant speciem. Se quoque mirari aiunt, cur haec faciat, cum se adeo cum suo fratre astrinxerit catholicae ecclesiae, id est pontificiae. Etsi vero statim modeste

W 1349. Martinus Hoitbantus eis ad singula respondit in hanc sententiam, quia consideret doctrinam esse suam approbatam et eam sine exercitiis et ceremoniis constare non posse, ideo se doctrinam absque ceremoniis proponere nequire. Usus vero eucharistiae sub utraque specie adeo in scripturis commendari, ut bona conscientia aliter non possit, nisi velit mala conscientia ruere in

a) *B und W:* ibi.

exitium. „Nunquam certe damnavi eos,“ pergit dicere ^{a)}), „qui usi fuerunt una specie aut adhuc ignoranter utuntur, nisi et meipsum plane damnarem, qui pluribus ita porrexi eucharistiam, sed ignoranter. Christus inquit: ‚Si non venissem et haec eis locutus fuisset, non haberent peccatum.‘ Ita ignoranter cum Paulo peccantes facile recipiuntur. Nec quoque scio me ulla propria obligatione obstrictum fecisse ecclesiae veteris religionis, ut vocatur. Audeo autem provocare ad omnes huius ditionis ordines et totum Romanum imperium me referre, ut coram illis de mea doctrina rationem reddam.“ His adiecit propositiones a me Hamelmanno conscriptas ¹⁾), in quibus tota de sacramento altaris doctrina, prout illa in nostris ecclesiis sonat, brevissime erat comprehensa, et adiectae causae et rationes, cur id faciendum et non aliter esset.

Cum quoque interea nobis scriberetur et nunciaretur huc Lemgoviam de Martini Hoitbanti parentibus, quod admodum essent timidi et solliciti pro filio et optarent, ut omnia moderatius ageret filius in gratiam praesulis et dumherorum (quamquam postea ita animati ^{b)}) fuerint, ut alacriter filium confirmaverint), scripsimus nos, Themhardus Nagelius ²⁾), collega meus, Henricus Bovius ³⁾) et ego Hamelmannus consolatorias literas ad ipsum, ut, quomodo ille confortaretur et simul patrem et matrem confirmaret, haberet. Quid ego *fehlt W.* scripserim, subiciam.

Constanti militi Christi et fidelissimo evangelistae in urbe Paderbornensi Martino Hoitbanto, suo in Christo fratri dilecto.

Gratulor ecclesiae Christi in urbe Paderborno et omnibus ibidem piis de tuo ministerio, vir venerande et pie, agoque per filium eius ^{c)}) Deo gratias, quod te excitaverit et suo spiritu roboraverit, ut tu nunc contra tot hostes et pharisaeos te munias et fideliter evangelium doceas, oroque Christum filium Dei ardenti voto, ut te confirmet in pio proposito et hostes reprimat. Audio

a) *B und W*: scribere. *Doch scheint es, wie aus dem letzten Satze dieses Abschnittes hervorgeht, daß im Texte etwas fehlt und Hamelmann auch von einem Schreiben Hoitbandts berichten will.*

b) *B*: armati. c) *B*: eis.

¹⁾ *Gemeint seine Promotionsthese (1558), mitgeteilt unten unter Bielefeld.*

²⁾ *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 245.* ³⁾ *Ebenda S. 218.*

tuos parentes et cognatos admodum tuo nomine esse timidos et adhuc in religione nutantes. Hos tu quotidie consolaberis et confirmabis spiritu lenitatis, ut exemplo Mariae intuentis Christum innocenter cruci affixum, item matris Augustini Monicæ, quæ multis effecit precibus, ut filius ex Manichæismo^{a)} ad veram religionem perveniret, confirmentur, deinde matris Timothei Euniciæ et aviaæ Loidis deindeque istius Machabeæ mulierculæ ad constantiam filios septem hortantis, item Nonnae, matris Nazianzeni, quæ ad sincerum munus docendi filium est hortata. Sic et de viris multa exempla proferri possent, qualis fuit pater Origenis. Merito gauderet mater, quod te talem virum produxisset, pater simul cum matre, veluti Elizabeth gavisa est cum Zacharia, quod prophetam et praecursorem^{b)} Domini Johannem peperisset. Ita, inquam, quoque gauderet tua quoque mater, ne opus ipsi esset dicere se aliquod monstrum et Epicuraeum quendam produxisse, quod dixit mater Neronis ad famulum, quem ad perditionem matris miserat Nero: „Feri et percutite hunc uterum, qui istud monstrum gestavit et produxit.“ Et si forte contingeret, ut te mori viderent propter Christum, anne cum apostolis debebant exultare et filio Dei gratias agere, quod digni habiti essent, aliquid propter Christum in filio suo pati (quamquam securitatem Augustanae confessionis addictis concesserit imperium)? Annon vidit in magna patientia a suo famulo Phoca cruciari uxorem et liberos Caesar Mauritius, qui deinde ipse colla dedit et subiecit gladio percutientis? Decet illos commendare Domino viam suam et ei subditos esse, ut psal. 37. habet, quoniam pretiosa est mors sanctorum in conspectu eius. Talis fuit prophetarum et apostolorum martyrium et multorum episcoporum, imo Christi exitus: „Beati cum vos persecuti fuerint.“ Haec et alia tu, mi frater, debes cum tuis parentibus considerare, quibus omnibus potest accedere exemplum parentum D. Lutheri, qui tentante tam arduas et novas res filio Martino admodum erant attoniti, sed Domino rem praeter eorum et omnium spem promovente coeperunt animum colligere. Idem et mihi aliquando accidit cum meo patre. Si vero tui pergerent adhortari parentes te et conarentur abstrahere a pio et sancto proposito, cogita, obsecro, quid Christus dicat in rebus Dei

a) B: Manechismo.

b) B: praecussorem.

ad suam matrem: „Mulier, quid mihi rei tecum est?“, item: „Quid est, quod me quaesivisti? Nonne oportuit me esse in officio mei patris?“, item: „Qui magis diligit patrem et matrem supra me, non est me dignus.“ Et cum quidam diceret: „Permitte, ut vadam et sepeliam patrem meum,“ dixit: „Sine mortuos sepelire mortuos et tu sequere me.“ Deinde ipsi apostoli docuerunt Deo magis esse oboediendum quam hominibus. Haec et similia ut in timore Domini expendas, reverenter te et per salutem oro. Confortare in Domino et fortis esto in Christo, qui nos confortat. Intuere constantiam Polycarpi, Ignatii et multorum aliorum, qui constantissime et in mediis cruciatibus constantiam et animi alacritatem exhibuerunt. Serva integritatem doctrinae ex traditione Lutheri, quae est in confessione Augustana eiusque apologia et Smalcaldicis articulis comprehensa. Dic, si omnino sinistre de te sentirent pater et mater: „Oboedio quidem vobis, sed usque ad aram.“ Haec ex tempore scripsi, sed ex amore tui et ad confirmationem ecclesiae et piorum. Te autem oro, ut illa^{a)} pio et bono animo suscipere velis et fortiter invito diabolo, hostibus et etiam reluctantibus tuis pergere. Is, qui in te incepit hoc, quod illo ducente exorsus es, ad optatum finem perducet, ut quotidie iuxta Pauli prophetiam destruat magis magisque ille antichristus filius perditionis eiusque ita nomen cognoscatur et iam iam in Christo filio celebretur pater aeternus. Ego in omnibus piis rebus tibi polliceor meam operam, preces, consilia et auxilia, quantum in me est. Haec scripsi ad te mihi ignotum de consilio viri ornatissimi Francisci Lucken, cum quo bene vale. Mitto tibi scripta aliquot, unde rationes desumere et argumenta testimoniaque veterum patrum, cur utramque speciem porrigas laicis, poteris. Sed etiam papa in concilio Tridentino permisit omnibus eam petentibus. Et hoc, ut addam, Basilius aliquoties gloriatur de suo pio patre Basilio et matre pia Eumele, qui ad pietatem veram veramque doctrinam inde a puero assuefecerint eum, et imprimis gloriatur de sua pia nutrice Macrina, quae ei saepe Gregorii Neocaesariensis verba pia inculcaverit. Haec tu tuis proponito. Tantum abest, ut tui te a pio proposito his auditis debeant amovere.

Adieci autem ad epistolae finem historiam sacram ex quinque

a) B: illo.

historiis ecclesiasticis Ruffini, Theodoreti, Socratis, Sozomeni et Nicephori, quam non huc repeto, cum antea sit in hac historia recitata, praesertim de muliere in urbe Mesopotamiae Edessa cupiente cum suo infante pro Christo mori.

W 1349
Zeile 27.

Die Veneris post pascha, qui erat 4. Aprilis, vocatur ad officialem Martinus Hoitbantus, et is ei proponit literas principis Remberti, quamquam earum ei copiam denegaret, quibus iubetur Hoitbantus suam deserere functionem, egredi urbem et ditionem Paderbornensem sine ulla mora. Respondit, ut aliquoties antea, se esse pastorem ibi legitimum et non aliter facere, quam quod sit pii pastoris, ideo nec posse nec velle tam subito deserere oves.

W 1350. Haec ^{a)} sexto Aprilis, in dominica Quasimodogeniti, post concionem proponit parochianis, qui haec per quosdam delectos indicarunt senatui 8. Aprilis addentes hanc querimoniam: Senatium nuper dixisse pastori Martino concedi conciones et cantiones, nunc vero ipsum violento mandato abdicare pastoratum et eici, cum tamen se ^{b)} referat ad audientiam et ad legitimam cognitionem coram totius ditionis proceribus ad ius ac iudicia quorumlibet, et ipsi etiam senatui constare eum pure et integre docuisse. Quare adhuc insuper per Christum et eos supplices instare et precari humillime, ut curare dignetur senatus, ne talis viri ministerio priventur. Sese corpora, bona et omnia, quae habeant, libenter submittere episcopo et senatui, tantum ut conscientiae causam liberam retineant. Hoc enim fieri, si eis usus ministerii Hoitbanti concedatur. Cum vero ei praeter eius aequissimam appellationem et provocationem ad iudicia et ius et aequitatem adhuc mandata imponerentur, ut se hinc reciperet, adhuc ipsos orare senatum, ut hoc curent, ne ei quicquam detrimenti accidat, et ut a vi violentiaque adversariorum ipsum tueri dignentur. Si minus, ipsos, etsi invitos cogi ^{c)}, de qua re iam velint protestari, defensionem suscipere pastoris, ne ei vis fiat.

Hic iterum oravit senatus, ut persuaderent Martino, ut dignaretur ad dies 14 quiescere et exercitia ministerii intermittere ob multas causas. Haec cum referrent ad pastorem Martinum, dixit se conscientiae, vocationis et officii causa intermittere non posse functionem suam. Ideo pergebat et perstabat in suo propo-

a) *W*: Hoc.

b) *W*: haec.

c) *W*: inviti rogantur.

sito, donec 19. Aprilis vocaretur a senatu in curiam, ad quam cum veniret, proposuit ei senatus has a praesule Remberto missas literas.

Rembert von Gottes gnaden Bischoff zu Paderborn.

Ersamen lieben getrewen, wir zweifeln nicht, ihr habt in gutt mittwissen, wes wir mitt euch des pastors halben zur Marckkirchen reden lassen, auch was für beschluss derhalb zwischen unsern Rechten und euch genohmen, und ob wir nun demselben zu folgen, und sonsten zuverhütung beschwerlicher weit-leufftigkeit und gefahr, so hieraus entstehen mochte, obgemelten^{a)} pastor durch unsern official guttlich ermanen, auch wie er von seinem furhaben nicht abstehen wollen, den kirchendienst und unser stadt Paderborn vorbieten lassen in dem Vertrawen, er wurde sich in andere wege geschickt oder unserm befehl wirkklich nach gelebt^{b)} haben, so befinden wir doch itzo, das er sollichem allen, auch seinen glaublichen Zusagen ungeachtet unser befählich in den Windt geschlagen, und mitt seinen unleidlichen furhaben vortgefahren. Daraus wir dan anders nicht zuvernehmen, dann *W 1351.* das er gegen unser ernstlich befählich in unser stadt Paderborne emporung, aufrur und widerwertigkeitt ferner anzurichten furhaben. Als uns aber denselbigen zuzusehen nicht lenger geburen wolte, so ist hiemit unser ernstlicher befählich, ir obgemelten pastor für euch heischen, und alsbald den kirchendienst, so im unser [official] auch wegen des Archidiacons und Collators der Marckkirchen vorauß verboten, absagen, und von stund sich unser stadt Paderborn endlichen zu eussern befellen, und im fall er bey diesem unserm befählich wie bey furigen sich verhalten wurde, so wollen wir euch uff den Receß unsers vurvattern Bisschoff und bey eiden und plichten, damit ir uns vermuge desselbigen und sunst verwandt, ermanet und erfurdert haben, uns denselbigen ungesemet vermuge desselbigen Receß zuzustellen und zu liebern. Dessen thuen wir uns zu abwendung anderer Weiterung guttlich verlassen. Datum Newehauß am 18. Aprilis Anno 1567.

Den Ersamen unsern lieben getrewen Burgemeister
und Rath unser stadt Paderborn.

a) *B*: obgehen.

b) *B und W*: gesetzt.

Hic respondit Martinus ex scriptura se non teneri isto mandato et cum non velint illum dimittere sui parochiani, se non posse etiam discedere praetendens dictum Esaiae cap. 58. „Clama, exalta vocem tuam.“ Ideo etiam se non posse quiescere et tacere. Verum illi petierunt, ut supplicationem eius scriptam offerret, quod ille haud gravatim fecit. Scribit igitur inter alia et haec^{a)}.

Se nunquam quicquam explicite consiliariis promississe, verum dixisse se propositurum suis auditoribus, ut qui cupiant uti sacramento, se recipiant et conferant ad praesulem, et ab illo veniam impetrent. Interim hoc ipsos nequaquam recepisse et hoc iam dudum officiali indicatum fuisse a se et simul omnes parochianos eo nomine iam antea supplicasse senatui. „Ideo nullius promissionis mihi conscius sum,“ inquit. „Si vero quicquam in ea re vel ex ignorantia vel praecipitantia commissem, iam certe aliud dictaret conscientia mea, quae me ea in re ita captivum tenet, ut non possim aliter. Imo si ea in re et os et manus mea peccasset et quicquam contra Deum egisset, optarem illa membra etiam propterea puniri propter gloriam Jesu Christi, ne illa periclitaretur. Et quae potest esse obligatio aut promissio facta contra verbum Dei? Quod vero mandatis mihi ab officiali propositis non
W 1352. paruerim, non est ex arrogantia aut protervia factum, sed de sententia scripturae et ratione officii, quia in externis omnibus ego et omnes pii debent oboedientiam magistratui, sed in causis Dei tribuendum Deo, quod Dei est. Si enim impiis velint obligare subditos mandatis potentes, semper illi debent magis Deo, quam hominibus oboedire. Tales, si quae Dei sunt, petunt et plus quam eis debeatur, igitur graviter peccant, ut notum est de multis, qui propterea etiam tandem poenam gravissimam sustinuerunt. Quod ad credentes pios attinet, illi non possunt impiis mandatis parere, ut exempla novi et veteris testamenti indicant Danielis 3. et 6. cap., item 2. Mach. 7. et exstant tam multa exempla Christi apostolorum, confessorum et martyrum in novo testamento et in historia ecclesiastica, ut non opus sit eorum quaedam referre. Hi omnes sese opposuerunt impiis magistratus mandatis et Deo, quae Dei erant, dedere atque propterea persecutiones, pericula, mortem,

a) *W*: hoc.

exilia, poenas et omnia sustinere. Horum omnium exemplis et testimoniis fretus non possum in hac re praesuli oboedire, sed commendare Domino viam et pergere in meo proposito ratione officii et vocationis, cum me non dimittant mei, quia oportet magis me timere eum, qui animam et corpus perdere, quam eos, qui tantum corpus occidere possunt. Agerem tanquam improbus famulus erga Dominum meum Christum, agerem contra primum et secundum praeceptum, quae etiam in iure habentur in L. Servus ff. de actionibus et obligationibus¹⁾, ubi inquit Zasius super illam legem: ‚Si Dominus honesta^{a)} iubeat, recte oboedit famulus.‘ Ego non possum aliter quam illi famuli Christiani sub Juliano, quorum ex sententia Ambrosii fit mentio in Decretis 11. b) qu. 3., cap. ‚Julianus‘²⁾. Haec ad illa respondeo, quae de mea inoboedientia obiciuntur. Quod vero accuser tanquam seditiosus, falsum est. Semper enim, ut totus novit senatus, hortor meos auditores ad concordiam et legitimam oboedientiam praestandam magistratui. Ideo quoque hoc egi et agam, ut c) vita et doctrina, quae vere ad pacem et concordiam spectant, promoveam. Ideo iniuriose accusor in hac re. Privationem pastoratus et huius urbis, quae proponitur, suscipere nequeo, quia cum legitimam habeam possessionem per multos annos huius parochiae, mihi ab ordinario Frederico Twistio dumhero tunc collatam ad vitam meam, atque deinde in vita et doctrina nihil egerim, quod reprehendi possit, ideo nolo discedere nec possum, sed provoco ad aequos iudices et fruor totius imperii libertate omnibus concessa. Ideo per Christum, *W* 1353. per misericordiam Dei et per omnes creaturas, imo per vos ipsos vos oro et simul episcopum, ne magis sint mihi molesti, ne quoque contristent miseros parochianos sitientes meam, quae vera d) et Christi est, doctrinam et usum sacramenti sub utraque specie. Doctrinam et cantionem, ut novistis. iam antea probarunt, quid igitur iam amplius desiderant?‘

Senatus quosdam 21. Aprilis in alia causa ad episcopum miserat e), apud quem aliqui ex capitulo cathedrali, ex nobilibus et oppidis congregati erant cum consiliariis. Ibi graviter repre-

a) *W*: honeste.b) *W*: II.c) *B und W*: et.d) *W*: vere.e) *B und W*: miserunt.¹⁾ L. 20 Dig. 44, 7.²⁾ c. 94.

henduntur legati Paderbornensium, quasi non in effectum produxerint mandatum principis de pastore amovendo, et tandem monentur, nisi velint eius et omnium ordinum gratia excidere, ut tandem serio rem aggrediantur et perficiant, aut si id non fiat, an velint etiam tum aperire portas praesuli, ut, quando velit, captum abducere in arcem Neuenhus possit. Hic iterum excusarunt se et senatum legati et dixerunt, propter istud negotium non esse vocatos, quia non possent quicquam citra totius senatus decretum de hac re respondere. Ideo rursus 22. Aprilis hae literae ab episcopo mittuntur iterum in urbem, ut sequitur.

Rembert von Gottes gnaden Bischoff zu Paderborn.

Ersamen lieben getrewen, Wir machen uns keinen zweifel, ihr sein durch eure beiden anhero abgesandten Burgemeister berichtet, was wir Inen neben den verordenten außschutz von dieses unsers Stiffts stenden von wegen des Pastors zur Marckirchen vermelden lassen, und weil wir dussen Dingen und dem mutwilligen ungehorsam des Pastors nicht zusehen konnen oder mugen, so wollen wir hiemitt nachmahls eure endtliche schriftliche und unvorzugliche erklerung, ob ir auch Siegel und brieff zuhalten und was dem vormugen wircklich zu leisten gemeint seyn oder nicht, erfordert haben, des vorsehens, ir werden euch darauff ohn verzug zu erkleren und unsern vorigen bey eiden und vorwandtnuß aufferlachten befehlich als gehorsame unterthanen zugelieben wissen, und habens euch mitt erwartung wider beschriebene antwortt nicht bergen wollen. Geben Newenhausß am 22. Aprilis anno 1567.

Denn ersamen unser lieben getrewen Burgemeister und Raht in unser Stadt Paderborn.

W 1354. 23. Aprilis colligitur senatus uterque cum tribunis, et ibi in curia praesto sunt parochiani et multi alii praestantes ex civibus et adhuc instant pro retinendo pastore atque rotunde aiunt se nec posse nec velle carere Martino. Hic quoque promittit senatus se eo ipso die missuros legatos ad episcopum, ut illi intercedant pro ipsis. Illi legati profecti ad vicinam arcem Neuenhus non reperiunt domi consiliarios. Igitur ad se vocato secretario episcopi [declarant], quomodo propter cives non possint exequi mandatum, et orant, ne quoque quicquam tentet violenter vel episcopus vel

alius propter periculum maius vitandum. Tertio, ne etiam episcopus vel consilarii velint premere et gravare obligatione recessuum senatum. Scripsisse etiam gravissimam supplicationem ad senatum Martinum pastorem.

Mox 26. Aprilis cancellarius et alii convenientes alia de causa in monasterio Abdinckhave, ibi finita transactione multa sunt tractata de Martino Hoitbanto. Tandem suaserat cancellarius, ut ad tempus intermitteret ministerium, donec transactio fieret in illa causa, quae inter capitulum et Rembertum Paderbornensem versabatur, ad quam est, ait, certus dies deputatus, videlicet 12. Maii. Ibi enim posse compositionem inveniri tam in causa politica quam ecclesiastica. Esse aliquod indultum prae manibus, quod brevi a papa et cardinalibus et archiepiscopis concedi deberet omnibus. Ideo multi eo permoverunt Martinum pastorem, ut in dominica Cantate intermitteret concionem. Propter intermissam concionem conveniunt hora 12. parochiani et omnino concludunt urgendum et instandum apud senatum, ne deinceps intermittatur concio, si maxime usus et administratio eucharistiae ad tempus intermitteretur, et multis modis obtestantur, ut hoc efficiant apud principem, ne silentium imponatur pastori Martino. Imo orant ipsum, ut dignetur eorum zelum, salutem et tranquillitatem bonae conscientiae, imo ipsorum spiritualem sitim et esuriem expendere, et quam grave sit habere vulneratam conscientiam.

Illi iterum sunt revocati ad 6. Maii in curiam, et hoc tulerunt responsi. Misisse senatum legatos heri (5. Maii) ad consiliarios Henricum Coloniacum cancellarium et Philippum ab Horde praefectum aulae et diligenter eos executos petitionem parochianorum, sed nihil spei consecutos, cum illi exaggerent nomine episcopi praefractam insolentiam pastoris dicentis se nolle quicquam cedere in minimo. Ideo episcopum *W-1355.* iure decreti imperialis anno 1555. conclusi ipsum Martinum velle privare parochia et iure suae ditionis, quia ille articulus sic habet, ut episcopi retineant suam catholicam religionem in suis ditionibus. Nunc vero, aiunt consilarii, decreverunt etiam muliereulae excitatae ab hoc seductore, si alium ibi substituat episcopus, eum e suggestu turbare. Concludit igitur senatus se nihil amplius iam posse. Cum hoc intelligerent parochiani, redeunt 7. Maii in curiam, ubi erat senatus uterque cum tribunis collectus et se et

suum pastorem excusant, diluunt calumniam, orant, ut provocantem ad ius Martinum defendere dignentur et considerare, quomodo olim Gerhardus Rodikenius utramque speciem in eucharistia multis petentibus clam porrexerit et multi pastores in diversis oppidis, municipiis et pagis per ditionem Paderbornensem hoc palam hactenus fecerint et cecinerint psalmos a Luthero versos, et interim illos ratione imperialis decreti non esse eiectos. Ideo adhuc orant et instant. Senatus suadet, ut adornent supplicationem ad consiliarios et proceres ditionis, qui essent 12. Maii conventuri. Quod factum est, quamquam 10. Maii Paderbornensis senatus iussu domini praesulis mandaret Martino, ut desereret parochiam et functionem suam. In supplicatione ad proceres refertur, quid tempore pestis et deinde quam fideliter egerit semper Martinus. Conqueruntur etiam de coniugum et liberorum tristitia, turbata conscientia et quantum sit luctum allatura discessio Martini. Ideo per Christum et vulnera eius orant instantque, quo possint refinere suum pastorem. Id enim posse illos proceres facile efficere apud praesulem. „Cogitate,“ inquit^{a)}, „quomodo non cuperemus dicere cum illis Lucae 19. ‚Nolumus hunc (Christum) regnare super nos,‘ ne etiam peccaremus in spiritum sanctum. Obsecramus, ut dignemini pro nobis intercedere, ne illius privemur ministerio.“ Cancellarius responderat, cum proceribus exhiberetur, praesuli deinceps offerendam supplicationem esse. Senatus vero iterum inhibet functionem et pastorum Martino Hoitbanto per certos ministros 15. Maii. Episcopus vero 16. Maii sic scribit ad senatum:

Rembert von Gottes Gnaden Bischoff zu Paderborn.

Ersamen lieben getrewen, Wir wollen euch nicht vorhalten, *W 1356.* das wir am nechsten vorlauffenen mittwochen abend durch unsere rethe und verordenten von unser Ritterschafft und Stedten nach der lenge, was unsere inwonner zu Paderborn, sonderlich der pfar zur Marckirchen, auch irer Burgemeister und Rath an inen gesucht, bitten und werben lassen neben verlesung ubergereichter Supplication berichtet worden und wollen euch darauff in antwort nicht vorhalten, das wir unß einer solchen werbung und bitt aller

a) *B und W:* inquit.

zugesandener vorwandtnuß nicht zu euch allen im wenigsten nicht vorsehen, wissen auch nicht, aus was grunde und redlichem vorstande ein solchs von euch bey uns oder den unsern dorfft gesucht werden, das wir dahin stellen. Als wir uns aber hiebefur in dieser sachen endlich gegen die eure erklert, so wissen wir von solcher erklerung noch nicht abzustehen, wollen uns auch gentslich vorsehen, Ir werden eure vorwandnuß bedencken und als gehorsame unterthanen uns zu keinem vorlauff ursach geben lassen. Neben dem wisset ihr, das das pfingstfest furhanden und ein ander pastor, so den kirchendienst zur Marckirchen vorwalten mochte, zu vorordenen nottig und wir dennoch bißherzu auf unserer gesinnen, ob man auch unbefartt eurer burger und menniglichs einen andern zu solchen Dienst gestatten mochte, keinen endlichen bescheidt bekommen, so wollen darauff hiemitt nochmahs endliche und deutliche erklerung zum ersten gesunnen und gefurdert haben, uns dadurch zu richten. Geben Newenhausß am 16. Maii Anno 1567.

Den ersamen unsern lieben getrewen burgemeister
und rath unser stadt Paderborn.

Iam cum intelligerent mutationem in inferiori Germania esse factam pontificii et sacrificuli, fiebant insolentiores et arrogantes. Ideo Paderbornae miram insolentiam exercebant, ut in multis locis videre licuit, veluti haec acta demonstrant.

Respondet senatus in scriptis principi se aliud responsum ab illo exspectasse aliudque promississe ipsis consiliarios, de quorum fide non dubitassent, nisi re ipsa non comperirent, quam frustraneae essent illorum promissiones. Censet quoque ipsum merito flecti debuisse tot et tam multis intercessionibus et petitionibus et nunc se (senatum) non sine dolore propter cives haec filio Dei et deinde suae, haec est, episcopi, ut qui pro eis debeat respondere ut verus pastor, conscientiae committere. „Nec interea,“ scribunt, „singulis indicabimus civibus, ne quis in eum, qui mitti debeat concionator, vim verbis vel factis exerceat.“ Adhuc adiiiciunt petitionem, ut dignetur cum consiliariis considerare vota et habere rationem suorum subditorum. Haec et alia quaeque pro *W 1357.* ponit Martino senatus et orat, ut velit per quatuor septimanas

quiescere et intermittere exercitia ecclesiastica. Hac ratione posse ipsos commodius in ea causa agere.

Ita mittitur cum diplomate episcopali sacellanus praesulis ad senatum et urbem, ut per festos dies pentecostes concionaretur et missificaret in templo Marckirchiano. Hunc excepit honeste Martinus Hoitbantus dicens: „Domine, tibi quidem permitto conciones, sed interim protestor coram te me esse verum pastorem, oro etiam, ut digneris duos infirmos iamiam agonizantes communicare et me, qui nihil, quod sciam, male egi, coram episcopo excusare“, quod etiam honeste^{a)} quidem ab illo petivere cives. Sed is mox discessit ex urbe dicens se non missum, ut quosdam communicaret. Illo profugo incepit iterum tractare et expedire ministerium die Lunae et Martis in pentecostes festo Martinus concionando et canendo. Sed evocatus in curiam acriter reprehenditur et ei proponuntur minacia episcopi scripta eaque proluxa, quibus insectatur Martinum et senatum infidelitatis et inoboedientiae accusans: „Jam vero praeter vestram promissionem, contra iuramentum, quo nobis ad recessus priores obstricti,“ scribit praesul, imo cancellarius, sub nomine praesulis, decrepiti senis et pene omnium rerum ignari nonagenarii „et turbastis missum concionatorem nostrum sacellatum, et is simul est ignominiose tractatus ab illo seditioso Martino.“ „Als^{b)} wir dan uns“, sic pergit, „nu dieses, so wol des gewesenen pastors, als eur burger mutwilligen furhabens und Rotterungen befrembden, auch nicht anders dan ein hohes mißgefallen tragen können, so haben wir nicht unterlassen wollen, zum uberfluß euch eurer Eide, pflichte, vorwandnuß, aufgerichte vorsiegelte, be-theurte Recessen, auch aller ergangener schriftlich und mundlicher handlung, sonderlich aber furgerurter zwier erclerung, nemlich weil der pastor nicht einhemisch, das [er] derhalb eur befehlich (den ir [?] sonst zu folgen gemeint) nit geleben mugen, in dem, das der jenige, so wir zu den kirchdienst verordent, von den eurn verlastert geliessen [?], zuerinnern und darauff zum ernstlichen erfordert haben, schriftlichen und mundtlichen erclerung gemeiß erzeigen und wes euch dieselben auferlegen und wir euch sunst oberckeitt halben befohlen, endlich volnziehen und uns eurs endlichen zuvor-

a) *B und W: moleste.*

b) *Die folgende Stelle steht so in B, ist aber wohl nicht in Ordnung.*

lessigen gemutts zum ersten gutte gewisse antwortt zukommen lassen. Solte aber dasselbige nicht geschehen und wir zu vorhalunge unser Reputation, Hoheit und schuldigen gehorsams zu abschaffung solches eigen muttwillens andere wege (das wir, so *W 1358.* Gott weiß, sonst ungerne theten) an die hand nemen musten und wurden, des werdet ihr uns nicht vordencken und habens euch mit erwartung endlicher schriftlicher Antwortt nicht bergen wollen.

Datum Newenhaus den 18. Maii Anno 67.^a

Has literas praelegerunt Martino praetendentes periculum et mala ipsis imminencia consules cum senatu. Martinus oretenus, deinde scripto se excusat, quod nec ille nec ulli etiam cives molesti fuerint sacellano episcopi, in qua re refert se ad testes et istius conscientiam. Postea etiam egregie respondent senatores episcopo per epistolam ita: Non potuisse se ex sententia doctorum et decreto imperii anno 1555. statuto in hominem Augustanae confessionis (quae diu post illos recessus Hermanni episcopi statutos est iam probata cum membris adhaerentibus) manus inicere ratione illius libertatis omnibus concessae nec quoque ipsis hactenus ab eo permissum esse, in hominem ecclesiasticum exercere dominium. Si iam velit hoc ipsis in omnes ecclesiasticas personas concedere, id ^{a)} quidem non sine periculo ^{b)}, id quidem nunc etiam velle facere. Nec certe aliter posse fieri, nisi debeant agere contra decretum imperii. Excusant quoque suos, quod nihil violentum sit contra sacellanum episcopi actum nec quoque tentandi causa ipsi de visendis infirmis dictum esse scribunt, „quia eo ipso die alter est mortuus“, aiunt, „qui sine ceremoniis, ut mortuus est, ita etiam sepultus est. Et sunt adhuc multi infirmi et graviter decumbentes, qui magno gemitu et desiderio expetunt usum sacramenti integri ab ipso Martino. Oramus igitur tuam celsitudinem“, scribunt, „per Deum vivum et eius misericordiam et tuam ipsius conscientiam et officium, ut digneris tamquam ordinatus episcopus habere illorum et tam multorum agonizantium rationem; hoc enim est officium veri episcopi, ut ita miserae conscientiae possint consolationem accipere, qua in re laudem Vestra Celsitudo coram

a) *W*: et. b) *Die Stelle ist wohl von B nicht ganz richtig abgeschrieben. Vielleicht soll es heißen: et quidem sine periculo.*

Deo et hominibus merebitur et illorum preces pro vobis excitabit. Atque haec etiam a consiliariis tuis petimus. Aut profecto, si id non concedatur nostris, sine dubio illi tecum excitabunt omnium istorum gemitus, lamentationes et singultus contra sese.“ Postremo addunt nihil unquam adhuc seditiosum a suis tentatum esse. Haec ita scripserunt ad praesulem.

W 1359. Postea accipiunt 22. Maii literas a consiliariis, quibus mandatur, ut velint praesto adesse sequenti die ad arcem Neuenhausen. Legati sunt ad hanc rem deputati, qui 23. Maii veniunt ad arcem. Ibi exorsus omnium harum autor rerum cancellarius eandem cantilenam canit „nunc demum“, aiens, „cognovit praesul vos esse patronos istius seditiosi pastoris. Deinde vos pro vobis citare videmus decretorum imperii acta, cum nullibi exstet, quod inferior magistratus potestatem habeat novam religionem suscipiendi, et deinde quoque simpliciter excipiuntur episcopi, ne religionem veterem mutant. Cum autem nec de privatis nec communibus personis agatur in decretis imperii et interim senatus conetur doctrinam confessionis Augustanae introducere, nihil aliud agit, quam ut contra recessus priores, quos probarunt sub Erico et Hermanno episcopis, agant. Cum vero promiserint se non aliam religionem suscepturos cives urbis, nisi quae per septingentos annos Paderbornae mansit, ideo imperii decretis se non possunt tueri.“ Itaque adhuc illos ratione iuramenti sui et recessuum imperare senatui, ut eiciant Martinum aut eum ipis captivum tradant. Id vero nisi fieret, episcopum aliquid gravius conclusurum contra Paderbornenses. „Quare nos consilarii“, ait cancellarius, „hortamur vos, ut oboedientiam praestetis episcopo et cogitetis, quae pacis sunt, ne quoque contra vestrum agatis iuramentum, postquam non sitis absoluti ab illa obligatione ad recessus.“ Velle autem, addit, praesulem in illam parochiam concionatorem alium mittere. Ideo mandare, ut eius patrocinium contra importunitatem seditiosorum suscipiant, ne cum illo ut cum suo sacellano agatur. Haec ille. Mirantur in responsione Paderbornenses legati, cur ipsis periurium obiciatur, cum nullius sint conscii nec quoque ullam aliam religionem introduxerint. Quod vero doctrinam Augustanae confessionis propagasset Martinus, in culpa senatum non esse, postquam sciant illum non a

senatu, sed per dumheros donatum pastoratu nec quoque Martinum esse subiectum iurisdictioni senatus. Postea explicarunt consilarii, videlicet cancellarius et praefectus aulae Philippus de Horde, principem nihil amplius neque scriptis neque verbis velle mandare ipsis, sed omnia tempori et loco reservaturum. Legati provocant ad ius et sic discesserunt.

Haec iterum 24. Maii Martino proposita per senatum in curia sunt et iterum mandatur, ut sub nomine principis, ne amplius proponat officium pastoris sibi usurpare. Is dixit: „Nec spero vel senatum eo impietatis delabi, ut velit mihi aliquid iniquum imponere vel etiam posse mihi imponere imperareque.“ Respondit senatus nec se quoque quicumque vel imperii vel violentiae in ipsum exercere vel exerciturum esse. Tantum hoc fieri iussu et nomine praesulis. „Ergo non,“ ait Martinus, „vultis me provocantem ad ius a violentia arcere?“ „Si quid,“ aiunt ipsi, „habueris controvertendum cum principe, hoc tu ventilare poteris.“ Mox senatus singulis civibus indicari iubet, ne quis verbis vel factis ullam petulantiam exerceat in eum pastorem vel concionatorem, quem missurus sit praesul, cui mox literas mittunt senatores et iterum orant, ut cum provocet ad ius pastor Martinus nec dum sit convictus falsi erroris, vitandi iniqui praeiudicii causa dignetur clementer in ea causa agere, praesertim cum alibi eadem perditiones feratur doctrina et exercitium. Interim in die Trinitatis pergit Martinus concionari et exercere suum officium in communione utriusque speciei.

In vigilia corporis Christi, qui erat 28. Maii, evocant Martinum quidam deputati senatus utriusque et proponunt, quomodo milites et equites contra Paderbornenses cives vel conducturus sit princeps vel ex ditione evocaturus, nisi ille desistat coeptis. Ideo orant, ne dignetur huiusmodi malum in urbem sua accersere praesentia, sed potius in gratiam patriae discedere. Is respondit se provocare ad ius et cupere convinci falsae doctrinae et habere legitimam possessionem suae istius parochiae nec quoque istis recessibus, quorum mentionem fecerint, ipsum obligari. Non esse quoque pastoris, sed mercenarii deserere suas oves et tradere lupo. Ideo se non posse discedere exemplo Samuelis, 1. Samuelis 12.

Interim scribunt Philippus de Horde praefectus aulae et Henricus Coloniacus cancellarius ad senatum et iterum eum iuramenti et obligationis ad recessus ab ipsis factae graviter et impudenter admonuerunt, imo asserunt in literis indigne ferre praesulem, quod in dubium ponant, an sint recessus illi servandi, et propterea senatum iam consulere doctos, quatenus et in quantum sint servandi, quae omnia graviter offendunt praesulem, et eum haec ad media vobis non idonea urgebunt. Haec iterum Martino proponunt et eo ipso die officium pastoratus interdicunt. Is iam quod antea respondit.

In die vero corporis Christi, 29. Maii citant ad curiam circa *W 1361.* horam octavam, sed is conqueritur se iam occupatum ecclesiastico munere et nihil amplius posse respondere senatui, quam iam aliquoties factum sit. Postridie iterum citatur in curiam, et priora utrobique tractantur. Is vero recitat verba coenae et petit, an hanc formam aliquis queat reprehendere. Deinde se quoque pro sua persona, si illa adeo esset exosa praesuli, cedere posse, modo aliquis evangelicus concionator, qui idem quod ipse in doctrina et officio exercitiorum atque sacramentorum communionem administret, substituatur. Nisi vero id fiat, se ait nec velle nec posse cedere, quocumque res cedant. Sed illi repetiverunt priora pericula et rationes. Et idem est etiam 31. Maii propositum a quibusdam civibus nomine et civium parochianorum et nomine pastoris Martini. Sed illi sunt duriter tractati atque excepti a senatu.

Ibi adiuncto sibi pastore Hornensi, Johanne Wilhelmo ^{a)} ¹⁾ ipse Martinus recta abiit in curiam et procedens rogavit a senatu, an velint eum in suum patrocinium suscipere, veluti olim quendam Johannem Voslo defenderint contra praesulem. Interim adhuc

a) *B:* Wilmo.

¹⁾ *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 261, wo er Johannes Wilhelmus Torrentinus heißt, weil er aus Beckum stammte. Ich kann dazu jetzt nachtragen, daß er Rektor des Herforder Fraterhauses gewesen war. In dem Gedächtnisbuch des Hauses (Staatsarchiv Münster Msc. VII 3307) heißt es Bl. 31^a: „Post Theodericum Bredefort (vgl. später unter Herford, W 1043) vicem patris obtinuit D. Joannes Guilhelmi de Beckem anno 1551. et 1552., quo anno is ipse a fratribus defecit et factus concionator Dethmoldiae et deinde pastor Hornensis.“*

institit senatus apud Martinum, ut paululum intermitteret divina, ut interea ipse per quosdam recuperaret gratiam praesulis. Suscipit quidem illud cum protestatione, ut tamen rursus rediret ad suam ecclesiam. Postea senatus coram notario et testibus testatus est de Martini Hoitbanti pietate, vera doctrina, honesta vita et sacramentorum vero usu ab illo legitime administrato et addit se nihil habere reprehensione dignum in eo idque coram Deo et hominibus palam testari, imo voluisse neminem libentius retinere in ministerio, quam illum, si id tulisset praesul. Quare se tristes haec Domino Deo commendare et totum negotium praesuli committere, ut is de eo coram Deo rationem reddat. Ideoque mandatur ab eis notario, ut de huiusmodi testimonio unum vel plura instrumenta faciat.

Quinto Junii supplicationem adornavit Martinus ad proceres dictionis praecipuos tum collectos^{a)} in Bodeken, imprimis ad nobilem dominum Johannem de Buren et Schonebergium Spiegel ac reliquos ibidem collectos. Cum vero isti duo nobiles abessent, oblata est per duos cives consuli Warburgensis oppidi Herboldo Drosten supplicatio. Deputati susceperunt supplicationem, in qua orat per Christum et per extremam Dei misericordiam ipsos proceres, ut velint considerare, quomodo de testimonio senatus Paderbornensis ipse inculpate et vixerit et docuerit, veluti ipsi quoque *W* 1362. expendere et suasores esse praesuli, ne vel ille vel ipsi^{b)} cum consiliariis innocentem damnent, ut simul cogitent et instent apud praesulem, ne iudicetur quisquam incognita causa ex consilio Nicodemii Johann. 7. „Et fuerunt in ea re gentiles,“ ait „iudices aequissimi Claudius, Lysias, Felix, Festus et Agrippa, qui nolebant Paulum damnare, nisi prius legitime cognita causa, ut in Actis cap. 21., 22., 23. et in sequentibus legitur. Ideo et vos proceres nolite ita inordinate procedere. Quid aliud est, cuius nomine accusor, nisi quod ex Christi mandato^{c)} eucharistiam Christianis administraverim? Qui^{d)} igitur me propterea damnat, damnat Christum, apostolos et verbum Dei et totam veterem ecclesiam. Itaque, obsecro vos, expendite, quam minime deceat sub nomine

a) *W*: per ditiones praecipuas tunc collectas.

b) *W*: ne vel ipsi.

c) *W*: ego secundum Domini nostri Jesu Christi mandatum.

d) *B*: quid, *W*: quod.

quorundam imperii recessuum tam multas et infinitas animas perdere. Jam alia res est cum religione Augustanae confessionis, quam tunc erat, cum recessus isti conficerentur. Oportet nos utique Deo magis oboedire, quam hominibus, Actor. 5., et merito cedunt supremo concilio, in quo sententiam Matth. 17. de audiendo suo unico filio protulit aeternus pater, omnia alia concilia, statuta, decreta, recessus et obligationes. Si minus id fiat, erit aliquando Dominus ultor et iudex, cui commendo negotium.“

Imo in eandem sententiam eo ipso die ad singulas personas procerum literas privatas separatim dat, ut ad Philippum ab Horde praefectum aulae, Fridericum Westphalum ditionalem satrapam, Johannem dominum et baronem de Buren, Schonebergium Spiegel nobiles et consiliarios atque deinde ad urbium singularium praesules, consules et senatum, oratque vehementer, ut ipsorum intercessione possit suam testari in legitima cognitione innocentiam et cum nec vita nec doctrina sua apprehendi possit. etiam quiete frui officio pastoris et pastoratu, quem iam pacifice per multos annos possederit. Orat insuper illos, ut cogitent se quoque Christianos esse et aliquando coram Christo prodituros, ut igitur hunc velint honorem tribuere filio Dei et suo Domino et causae suae patrocinium suscipere. Item aliquot pii cives scripserunt prope eodem tenore illo ipso die ad ducem militum Georgium ab Holle, socerum Philippi ab Horde, ut is dignaretur apud generum et episcopum agere, quo possent frui vera doctrina et usu sacramentorum iuxta Augustanam confessionem. Similiter per id tem-

W 1363. pus supplicavit Martinus uxori Philippi ab Horde, praefecti aulae et praecipuae autoritatis viri in aula, filiae Georgii ab Holle, et admonuit ipsam piae educationis, quomodo illa esset edocta ex catechismo verum usum sacramentorum, ut igitur cogitaret, quemadmodum ipsa non libenter vellet discedere a vera et semel ab incunabulis hausta doctrina atque usu sacramentorum, ita similiter gravissimum fore civibus eorumque uxoribus et liberis in urbe Paderborna, si deberent a iam semel suscepta doctrina et usu sacramentorum vero ^{a)} discedere. Itaque christianum et pium esse, si se deprecatricem per maritum apud episcopum constituat.

a) *W*: vere.

In omnibus literis fit protestatio, quod nulli sectae sit Martinus deditus, sed anabaptistas et sacramentarios damnet. Ita illa promiserat suam operam, sed omnia frustra.

Septimo Junii conclusum est a proceribus ditionis, qui tot preces, rationes, admonitiones et supplicationes negligebant et floccipendebant, imo hoc cancellario, homine impiissimo, agente (quo non est sceleratior persecutor evangelii in tota pene Europa; nam si posset, quia voluntati eius nihil deest, unico impetu omnes Lutheranos simul perderet. Episcopus nonagenarius quid faceret? Cancellarius vero induratus et impius omnia agit sub nomine episcopi) non ferendum esse Martinum, sed eiciendum ex urbe et privandum ministerio.

Ideo Paderbornenses legati eo ipso die retulerunt Martino. Is vero oravit eos, ne tam inique vellent citra causae cognitionem cum illo agere. Hoc enim si fieret, profecto gentiles fuisse ipsis aequiores ut Pilatum et alios. Suadent autem amici quidam (quod tamen nos^{a)} concionatores Lemgoviensis urbis additis multis rationibus, cur id non tentaret, non enim negotium esse successurum Martino, dissuasimus), ut sese Spiram ad cameram imperialem conferret Martinus Hoitbantus. Is igitur ingressus est iter 9. Junii. ut mandatum de non perturbando sive molestando in sua possessione contra episcopum consequeretur.

Decimo quinto Junii missus est novus concinator Johannes Brakellensis, qui quoque antea Frislariae papismum tutatus fuerat et habuerat ibi adversarium, qui eum publicis scriptis reprehendit, M. Hieremiam Hombergium, in scripto de iustificatione¹⁾, ut ibi

a) *W*: vos.

¹⁾ De Iustificatione. Ein Christliche unnd nutzliche Betrachtung von dem Hochwichtigen Artickel unsers Christlichen Glaubens . . . widerholet und beschriben Durch M. Jeremiam Homberg von Fridslar, dieser zeit Rectorn der Evangelischen Schulen zu Franckfurt am Mayn . . . Getruickt zu Franckfurt am Mayn, durch Johannem Wolffium, Im Jar M. D. LXV. <Frankfurt StB, Bremen StB>, Vorrede Bl. 7^b–9^a: „Es erhueb sich aber ein ander, mit namen Er Johan von Brakel, ein sehr auffrichtiger Papist, der mit einem schein eines strengen heyligen lebens von vilen gantz gerecht und fromm gehalten wird, welcher auch Doctorn Georgen (*gemeint der vorher genannte Georg Becker, ebenfalls „papistischer Prediger“ in Fritzlar*) ein halben Lutheraner und Ketzler offentlich nennen dorffte, daß er ja ein ernster auffrichtiger ver-

in templo de Marckirche^{a)} concionaretur. Sed adveniens reperit templum clausum nec inveniri potuit custos, ut fores aperirentur. Ita intermissa est adhuc eo die concio. Propterea citatur custos *W 1364.* ad principem, sed custos provocavit ad ordinarium magistratum in urbe Paderborna.

Redit iterum 22. Junii concionator ille Johannes Brackelensis comitatus praesulis aliquot consiliariis, qui curarunt per fabrum reserari valvas. Ibi per quendam Conradum sacrificulum sequentibus senatus ministris investituram et possessionem templi accipit. Postea incipit concionari et explicare evangelium Matth. 5.

a) *W*: Marckkirchiano.

thädinger der Bächtischen Religion sein möchte. Diser sucht in allen seinen predigten occasiones, wie er jimmer kan, daß er die Lutherische lehre (wie ers nennet) verdamme sampt allen, die jr anhängig sein, der Papisten aber heißt er ein heyligen Christlichen catholicischen Glauben, vermanet jederman, daß er dazu sich begeben und dabei bleiben wölle. Er ist aber ein sonderlicher feind des Articuls, da wir mit S. Paulo lehren, allein durch den Glauben werden wir gerecht ohn die wercke des gesetzes, das ist, allein durch Gottes genade umb Christi willen, entpfahen wir vergebung der Sünden unnd das ewige leben, nicht umb unserer guten wercke willen. Dise allerheyligste lehr muß jhm inn allen Predigten herhalten, da brüllet, donnert und blixet er jimmer wider mit seinem verdammen, schänden und lästern. Anno M. D. lxiij. im Maymonad horte ich ungefährlich seine Predig zu Fridslar in der Newstadter Kirchen über den spruch Pauli Gal. VI. „Wer auff das fleisch säet, der wird von dem fleisch das verderben ärndten“ etc. Da er sich nuh lange unnd jämmerlich gemartert hatte, wie er dort denselben spruch Pauli köndt wider unsere lehre von des Glaubens Rechtfertigung deuten, und jhm aber nicht fortgehen noch bestehen wolte, fing er endlich an zu zörnen und unsere lehre zu verfluchen unnd sagt auch unter andern also: „Ich wil meinen halß verloren haben, wenn mir einer auch eyn eynigen Spruch auß dem newen oder alten Testament auffbringen kann, der da bezeuge, daß uns allein der Glaube für Gott gerecht mache.“ Über solcher lästerlichen rede entsatzte ich mich und gieng zur Kirchen hinauß, da schrie er mir mit zornigen worten nach, und gab selbs zu tage, daß er umb meiner willen die warheyt Gottes gelästert hatte. Nach der Predigte sprach ich jhn inn sonderheyt an, begert mit jhm über dem Artickel der Rechtfertigung für Gott gespräch zuhalten, verhiß, ich wolt jm durch Gottes hülf nicht einen allein, sondern gar vil sprüche, beyde auß dem newen unnd alten Testament des Worts Gottes herfür bringen, welche bezeugeten, daß nichts anders, denn allein der glaube an Christum, ohn verdienst unser wercke, uns für Gott gerecht und selig machte. Aber er weiß mich mit der hand von sich und sprach: „Tu non es catholicus, tu es recisum membrum, tu es haereticus, tecum non est disputandum“ etc.“

„Estote misericordes, sicut et pater vester est,“ in magna auditorum copia Brackellius ille Johannes. Sed mox pueri aliqui et quidam artificum iuniores ministri coeperunt ante templum aliquot psalmos Germanicos canere „Ach Gott vom himel sich darein“ etc. Minister publicus venit et turbavit eorum cantiones. Illi paululum secedentes regresso ministro iterum colliguntur et pergunt canere „Allein Gott in der hohe sey eher“ etc. Secundo redit minister et acerrimis minis increpat pueros canentes, sed cum illi paululum aufugissent, rursus post regressum ministri incipiunt clarissima et altissima voce canere „Erhalt uns herr bey deinem Wortt Und steur des Bapsts und Turcken Mord“ etc. Inde oritur murmur in templo et risus. Ideo mox discedit et bene vexatus egreditur templum pontificius concionator. Ibi cito senatus praesto est et conatur reprimere populum murmurantem et interrumpentem conciones papistae illius. Quidam pueri intercepti ducuntur coram senatu et graviter increpantur primo, deinde blanditiis, minis et acerbioribus verbis urgentur, ut fateantur, cuius autoritate id fecerint et qui fuerint in cantilenis illis decantandis socii. Responderunt pueri nec a quoquam hoc ipsis mandatum nec noscere se socios, verum ex proprio zelo, prout edocti erant ex libris psalmodum, cecinisse nec putare huiusmodi cantilenas esse impias.

Reversus Martinus Spira nihil impetravit. Interim in die Johannis Baptistae, qui erat 24. Junii, coepit iterum concionari Martinus. Is iterum 4. Julii regressus est Spiram, sed frustra. Cum vero 21. Julii collecti erant proceres totius ditionis, iterum concluditur de amovendo Martino, quod etiam iniungitur legatis Paderbornensibus, ut aut eiciant aut captum tradant episcopo. Cum Martinus 22. Julii decreverat baptizare aliquot pueros, rogatur a senatu, ut intermittat institutum, ne illi magis molestentur.

Cum vero iterum 23. Augusti redirent ex aula literae ad senatum, ut vel eicerent vel caperent vel captum traderent praesuli, citatur Martinus et ei haec proponuntur, sed is in scriptis *W 1365.* respondet sequenti die et petit ab illis defensionem ratione officii in ea causa et provocatione sua. Nam et securos et verbi Dei contemptores plerumque poenam Dei incurrere ait, quod exemplis e scriptura prolatis demonstrat et probat, quod contra verum offi-

cium iudicis hoc pacto agant adductis testimoniis prolatis Gen. 11. ^{a)}, Exod. 3., 23., Deut. 13., 17., 19., Jos. 7. et 22., Prov. 18., et postea addita precatione adhuc orat, ut cogitent, quanti referat et intersit ipsorum saluti retinere purum verbum.

Interim tres sunt legati a senatu ad ipsum ablegati, qui videbantur ei imprimis favere, Johannes Brinckmannus consul, Henricus Eilbrachtus, Theodorus Boithius senatores, ut indicarent Martino, quomodo suo nomine plane excidissent gratia praesulis, et summum propter ipsum imminere civitati periculum. Orare igitur ipsum amanter, ut velit se ad alias regiones et locos recipere. Respondit Martinus: „Vix credo vos sumpturos urbis ius in me, cum officialis sibi id in me iuris reputet. Ideo coram ipso refero me ad audientiam legitimam et oro, ne me turbetis et sitis molesti in ^{b)} legitima mea possessione.“ Petit ita adhuc illorum patrocinium contra violentiam.

Ad primum Septembris ^{c)} conveniunt deputati urbium ditio- nis Paderbornensis evocati. His quoque scripsit epistolam, qua ipsos graviter monet sui officii, ut cogitent ipsum tot aerumnas pati propter veritatem, quod eucharistiam sub utraque specie et Christi mandato porrigat. „Quod vero non possum tacere, urget,“ inquit, „me mea conscientia et verbum Dei Rom. 10., Matth. 10., Marc. 8., Luc. 12. ‚Qui me confitetur coram hominibus‘ etc., item 2. Thimoth. 2. ‚Si ipsum negemus, negabimur et repudiabimur ab illo,‘ itam Johannis 12. ‚Multi leguntur credentes fuisse, sed quia verebantur sibi adimi dignitates, non hoc palam confitebantur pluris facientes gloriam hominum, quam gloriam Dei.‘ Itaque cogitate vos, quid bona conscientia faciatis et facere debeatis coram Deo, ne in gratiam hominum abnegetis eum, qui vos damnare potest, cum alias confitentibus et credentibus in ipsum offerat salutem. Oportet potius bona, agros, parentes, uxorem et liberos omniaque deserere propter Christum, quam ab eius verbo discedere.“

Has literas cum accepissent, venit ad patrem Martini consul oppidi Warburgici Bermannus aiens neminem ex eis esse, qui *W* 1366. sinistre vel de vita vel de doctrina sui filii iudicet, sed nihil nunc

a) *W*: 12. b) *fehlt W*.

c) *B und W*: Decembris (*wohl Schreibfehler*).

aliud posse fieri propter praesulem immotum permanentem in sua sententia. Ideo ipsos omnium procerum nomine orare, ut parens pro sua senili sapientia ut septuagenarius velit expendere, in quanto versetur periculo urbs Paderbornensis, sua patria, et qua indignatione senatum et cives prosequatur praesul. Sit igitur, orat, persuasor, ut amice discedat. Postea illi legati sunt interpositi mediatores inter praesulem et senatum Paderbornensem, qui excusant senatum Paderbornensem variis modis apud praesulem, ubi etiam actum est de recessibus olim admissis.

Circa haec tempora contra legitimos contractus turbant schola dumheri viros doctos Johannem Bodenium rectorem¹⁾ et Gerhardum Nesenium conrectorem, propterea quod sese opposuissent pro veritate Gerharo Rodikenio, et deinde ab organi exercitio deponunt Antonium Cratonem, constantem veritatis assertorem et virum industrium.

Septembris die 2. quidam delecti ex ordine procerum, qui oppidorum sunt capita in ditione illa, mittuntur ad Martinum et ipsi, si velit ad tempus recedere, promittunt liberalem sustentationem et annuos sumptus. Martinus vero deliberandi spatium petit. Cum deliberatio protraheretur, tandem evocant Paderbornenses proceres Martini parentem et eum durius increpant, cur non sit filio autor, ut discedat, ne maius periculum urbi immineat. Hic respondit filium non esse amplius sub sua ferula atque aetatem ac experientiam habere, ut ipse loquatur. 18. Septembris quater quaesivit minister publicus Martinum, qui ab illo debebat responsum extorquere, sed cum tandem ipsum domi reperiret 19. Septembris, promisit Martinus responsum scriptum, in quo^{a)} dicit se re ipsa reperire Satanam esse hostem veritatis, ideo tot excitare turbas, ut impediatur cursum evangelii, ne multi salventur. „Sed propterea potissimum Deus ordinavit angelos et magistratus ut duo legitima media ad defensionem ecclesiae et veritatis contra hostem Satanam. Angeli defendunt pios contra Senacherib, ecclesiam in urbe Hierosolymitana, et apud Daniele aliquot angeli custodes attribuuntur regnis. Apud Esaïam dicuntur magistratus

a) *B und W*: qua.

¹⁾ *Vgl. später (W 1369 ff.).*
Hamelmann II.

nutritores ecclesiae, interdum etiam Dei, quod Dei gloriam tueri debeant. Jam vero cogitate, quomodo hoc officium administretis.

W 1367. Si iam conemini hominibus placere, accidet^{a)}, ut servi Dei esse nequeatis. Videte, quomodo Haman et alii reciderint. Quod ad me attinet, scio me sub cruce versari cum omnibus piis, ideo commendo filio Deo eventum.“

Vigesimo septimo Septembris doctorem Jodocum Didemannum, (qui antea suaserat Martino, ut constans in officio perstaret et si etiam novis claustris occluderetur templum, tamen eum concionari debere in coemiterio), virum eloquentem et doctum subornavit senatus, ut is cum Martino de fuga et discessu ageret, quo tandem ab extrema indignatione praesulis liberari possent Paderbornenses. (Facile quoque recepissent Gersenses Christum¹⁾, nisi iam damnum in amissis porcis sustinuissent; ideo orant eum, ut discedat. Sic quoque facit senatus Paderbornensis cum Martino.) Is pro sua suaviloquentia multis cum Martino egit, sed cum intelligeret Martinus a piis exilium fore perpetuum, non quievit consilio viri^{b)} celebris et egregii doctoris Didemanni. Tandem ipse nuptialem concionem habuit et sacramenta altaris et baptismi cum cantione aliquot psalmorum administravit.

Tertio Octobris²⁾ admodum amice ad ipsum scripserunt uterque senatus Paderbornensis, in quo fatentur, se agnoscere sui esse officii, ut curent aperiri portas principi gloriae Christo et^{c)} sint nutritores ecclesiae, et magnas poenas ipsos manere, qui aliter administrent officium magistratus, sed iam quidem ipsos nunquam discessuros ab agnita atque ex ipsius concionibus semel suscepta veritate. Sed quod ad personam Martini attinet, se non posse, cum subsint potentiori magistratui, ipsum tueri et hoc obtinere. „Novistis, quoties et nos et alii pro tuo ministerio intercesserint, quot media quaesierimus et quidem frustra et in quam perniciem urbem adduxerimus. Quod igitur ad nostras personas attinet, nunquam nec tibi nec veritati deerimus, sed ratione officii oportet

a) *W*: acriter.

b) *W*: veri.

c) *W*: ut.

¹⁾ *Matth.* 8, 28 ff., *Mark.* 5, 1 ff., *Luk.* 8, 26 ff.

²⁾ *Das Schreiben ist abgedruckt bei Hoitbandt, Apologia Bl. J 7^a ff. und danach bei Keller Bd. 1 Nr. 549 S. 565 f., aber dort eine Woche früher, vom Freitag nach Matthei Apostoli (26. September) datiert.*

urbis rationem habere et deinde iuramenti praestiti praesuli. Ideo iam palam coram episcopo protestati sumus in scriptis et simul verbis nos, cum nihil possumus apud ipsum impetrare precibus, velle ei ut episcopo et consiliariis totum negotium commendare et in eius sinum refundere, ut is videat et pro hac causa, quam violenter ita prosequatur, respondeat coram Deo. Ne igitur in nos transferas culpam, oramus et deinde, ut discedas, obnixe te obtestamur, ne sis oneri tuae patriae. Si alias tibi, cum nunquam voluntati nostrae quicquam in ea re defuerit, possemus prodesse, haberes nos promptissimos.“ Haec sub suo secreto ad Martinum Hoitbant miserunt.

Quarto Octobris variae disceptationes sunt inter ipsum et *W 1368*. secretarium atque senatorem Theodorum Bothenum ortae. Interim ille 5. Octobris, qui erat 19. dominica a Trinitate, concionatur publice in suo templo et exercet divina. Ibi mox nondum finita concione venit uterque senatus, veniunt tribuni et evocant per ministros publicos suos cives et iubent deinde Martinum apprehendi. Sed antequam hoc vellent, inquit ministri, „malumus renunciare officio“. Evocatis civibus proponunt, ut iam illi tradant Martinum aut vel sub 24 horis occidant vel captivum adducant praesuli iuxta recessuum tenorem. Is vero coram civibus prodit coram senatu, qui ei varia obicit, quasi in multis non steterit promissis et quomodo ipsius nomine magnas difficultates sustinuerit. Is iterum se modeste excusat. Citantur in curiam cives, qui sequentes senatum ibi praesto sunt, sed nihil eis proponitur singulare, nisi ut abdicarent se a communionem Martini propter indignationem praesulis. Illi responderunt magis Deo quam hominibus parendum.

Sexto Octobris per duos publicos ministros indicarunt Martino senatus uterque et tribuni, ut ante solis occasum exiret urbem ^{a)}, aut eos in ipsum iniecturos violentas manus. Deinde septimo Octobris singulis mandatur civibus, si quis Martinum excipiat hospitio aut ei communicet, eum privari debere urbis et civitatis immunitate.

Martinus vero ipso die profectus Cassellas supplicatorias literas obtulit landgravio Hassiae Wilhelmo valde pathetice scriptas,

a) *W*: urbe.

quas clementer suscepit et promisit se duos legatos missurum ad episcopum. Sed hoc consilium mutabatur, quia propter vitandam suspicionem censuit landgravius, ut ipsi parochiani potius ei supplicarent. Hac ratione causam haberet commode scribendi ad episcopum. Parochiani igitur pro retinenda vera religione et Martino supplices fiunt per epistolam landgravio et eius petunt intercessionem ¹⁾).

Optimus igitur et doctissimus princeps Wilhelmus, landgravius Hassiae, inhaerens vestigiis clarissimi et praestantissimi patris Philippi senioris, aeterna memoria dignissimi herois, facit veluti Constantinus Magnus, qui diligenter in causa christianorum scripsit ad regem Persarum Saporem et oravit eum, ut desisteret a persecutione et doctrinam evangelii susciperet. Quomodo autem scripserit, subiciam ²⁾).

Erwirdiger ^{a)} in Gott besonder lieber freundt, Es haben uns E. L. unterthanen die ingesessene des Kirchspiels ^{b)} zur Marckirchen binnen Paderbornen unterthenig ersucht und zuerkennen geben, wiewol sie durch unterweisung des ^{c)} pastors der Augspurgischen Confession verwanter stende lehre, auch kirchen gebrauch und Ceremonien angenohmen und sich zu derselben ^{d)} mitt niessung der Sacramenten erkant und bekandt haben ^{e)} und derselbig pastor bey der gemeinde dieses kirspels mitt besuchung und trost der krancken [und sterbenden viel cristliche treue und sehsorge bewiesen, so sey doch derselbig pastor nuemehr der gemein und sonderlich der krancken] ^{f)} person ^{g)} halben zu ihrer ^{h)} mercklichen bekummernuß abgeschaffen ⁱ⁾), und haben darauff bey uns angehalten, wir wolten bey E. L. vor sie intercidieren ^{k)}), wie solches beyvorwarter ihrer ^{l)} supplication ferner außfuhret. Weil es dann eine solche gelegenheit mitt diesen ^{m)} E. L. unter-

a) Konz.: Unser freuntlich dienst unnd was wir liebss unnd guets vermuegen tzuvor, Ehrwurdiger . . .

b) Konz.: Kirspels.

c) Konz.: Ires.

d) Konz.: derselbigenn.

e) Konz.: hatten.

f) Das Eingeklammerte fehlt B.

g) Konz.: personen.

h) Konz.: Irem.

i) Konz.: abgeschafft.

k) Konz.: intercediren.

l) Konz.: beyverwarte Ire.

m) B: die.

¹⁾ Die Bittschrift ist im Staatsarchiv Marburg nicht erhalten.

²⁾ Konzept im Staatsarchiv Marburg.

thanen und ^{a)} einwohnern ^{a)} in verenderung der Religion gewonnen, E. L. auch andern deroselben untersassen ein solchs hiebevornachgegeben, so bitten wir freuntlich, E. L. wolten ^{b)} diese supplicanten darbey auch bleiben lassen und gestatten, das der pastor, weil sie zu ihme eine sonderliche neigung haben, Inen wie zuvor am word dienen und ihrer gemeinheid darin zum besten vorstehen muge. Daran thun E. L. ein gutt ^{c)} und gott dem almechtigen wolgefelliges werck, und wir sind es umb E. L., denen wir ohne das freuntlich zu dienen geneigt, freuntlich zubeschulden willig. Datum Cassel am 4. Novemb. Anno etc. 67.

Wilhelm von gottes gnaden Landtgrave zu Hessen,
Grave zu Catzenelnpog.

Dem erwidigen In Gott unserm lieben freunde Herrn Rembarten
erwelten Bisschoff zu Paderborn.

In supplicatione civium ad landgravium data omnis culpa transfertur in quosdam consiliarios, quorum solus et paene praecipuus est cancellarius. Alii sunt politici, qui etiam aliquoties dixerunt illa esse extra suum forum et ad se pertinere minime. Solus igitur cancellarius in culpa est, homo impius et sceleratissimus.

Paulo ante munierat novis obserationibus et claustris templum Marckirchen senatus et novas claves ad se transtulit. Antea quoque, videlicet 13. Octobris, intercessione procerum in reliquis oppidis ditionis Paderbornensis dies erat statutus, in quo reconciliaretur episcopo senatus. Ibi senatus habuit advocatum doctorem Jodocum Didemannum eloquio et eruditione insignem. Etsi vero egregie illorum, ut dixit, proterviam exaggeraret cancellarius et ad priores recessus adstringeret, tandem ita respondit Dide-
mannus, ut merito legentes oblectentur suavi illa replica. Nam palam institit nomine senatus, ut eis concedi posset unus concionator Augustanae confessionis, nam esse plurimos in senatu, deinde omnes reliquos cives Augustanae confessionis. „Quod vero ad recessus attinet“, dixit, „medium concludendi in recessibus est ademptum.“ Nam in recessibus expresse damnari Lutheranorum doctrinam tamquam impiam, haereticam, seditiosam ideoque non

a) fehlt Konz.

b) Konz.: wollenn.

c) Konz.: guets.

ferendam. Sed postquam ipse princeps Hermannus missa senatui nova reformatione etiam exemplo suo recessus abrogaverit et iam doctrina Lutheri in Augustana confessione comprehensa sit probata in toto imperio a Caesare, rege Romano, electoribus et principibus, si adhuc adstringerentur ad recessus Paderbornenses, quid aliud facerent, quam ut totius imperii decreta damnarent? Tandem concesserunt senatus uterque et tribuni, ut praesul aliquem in ea parochia statueret pastorem, modo liberum civibus permittatur religio Augustanae confessionis et communio utriusque speciei alibi percipienda. Quod obtinuerunt.

Sed nunc restat dicendum, quid responsi acceperit optimus landgravius sub nomine episcopi Paderbornensis, decrepiti senis, qui neque ire neque stare potuit, videlicet ab impio cancellario Henrico Coloniaco et eius sociis, qui tanto principi admodum proterve responderunt ¹⁾).

Dem hochgeborenen fursten und herrn, Hern Wilhelmen Landgraven zu Hessen, Graven zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda, unserm besondern lieben herrn und freunde.

Unser freuntlich dienst und was wir mehr liebs und gutts vermogen zuvor, Hochgeborner furst, besonder lieber her und freunt. Was E. L. uff unbestendig ansuchen unser unterthanen, der ingesessen des Kirspels zur Marckirchen in unser stadt Paderborn an uns geschrieben und begerend, das haben wir empfangen und den Inhalt verstanden. Hetten uns in warheitt zu gemelten [unseren]^{a)} unterthanen solchs unerfindtlichen angebens und suchens, so gleichwol dem offentlichen inhalt etzlicher hiebevorfurgeter und durch sie sampt und sonderlich mitt leiblichen^{b)} eiden beteurten vortragen^{c)} furgenommen, vielweniger als mitt nichten^{d)} versehen, wollen aber dasselbige dießmal an seinen ort setzen.

a) fehlt B. b) B: billichen.

c) B: vortragen. Hier fehlt wohl, auch im Or., ein Wort wie entgegen.

d) Konz.: weniger als nicht.

¹⁾ Original im Staatsarchiv Marburg. Konzept im Staatsarchiv Münster, *Pad. Kapselarchiv* 124, 51. Abgedruckt bei *Hoitbandt Bl. J 4^a ff.* Auszüge von *Gehrken* in der *Zeitschrift* Bd. 3 (1840) S. 371 und *Keller a. a. O.* Nr. 550 S. 566 f.

Und mügen E. L. gleichwol darauff freundlich nicht verbergen^{a)}, das nachdem die alte wahre^{b)} Catholische Religion und lehr alhier in unser stadt und stiftte von zeithero^{c)} derselben fundation gottseliglich und unverändert gehalten und geubet worden und dann einer Martin Hoitbandt pastor daselbst zur Marckirchen seinem beruff und vorpflichtung nach furg.^{d)} kirchen mitt vor kundung gotts wortts und administration der sacramenten solcher alten waren Catholischen Religion nach etzliche Jahr wol und auffrichtig, also das wir und alle eingesessene mitt ihm^{e)} so wol als ander derogleichen praedicanten wol zufrieden gewesen, furgestanden, aber doch^{f)} nach der hand in vergangener fasten ohne einig unser wissen und willen von der alten waren Catholischen Religion^{g)} seiner verpflichtung zuwider abgetretten und die Augspurgische Confession mitt ihren Ceremonien einzufuren unterstanden, davon auch, wiewol er^{h)} vielfeltig unserthalben darumb besprochen und solches ime verboten worden, keines wegés abstehen wollen und sich also vermuge des heiligen Romischen Reichs uffgerichteten Religions frieden solcher seiner pfarhre selbst entsetzet, so haben wir ime nicht unbillich das ministerium verbi etⁱ⁾ sacramentorum verbotten, wie wir jn darzu auch^{k)} keins wegs gegen unsere bekante ware und uns ererbte Catholische Religion wider zugestatten wissen. Und sol uns zu ewigen tagen mitt bestendiger warheitt, das wir die^{l)} Augspurgische Confession verhengett oder den unseren wissentlich nachgelassen haben, nicht uberweisen werden. Und als wir dan^{m)} in dem anders nicht gethan, dan uns unsern obligenden ampt und furg.ⁿ⁾ religions frieden nach geburt und wol angestanden^{o)} und E. L. zweifels ohne dasselbige in ihrem furstenthum, wo jemants darselbst ohn iren vorwissen wider die angenomene Augspurgische Confession die alte Religion einzufuren unterstunde, auch thuen wurden, so wollen wir uns freundlich versehen, E. L. werden uns darin

a) Or.: vorhalten.

b) fehlt B und Hoitb.

c) B hier: itzhero, dagegen unten: Zeitt hero. Or. und Konz.: Zeithero.

d) B: furigen.

e) fehlt B.

f) Hoitb.: jedoch.

g) B und Hoitb.: Confession.

h) fehlt B und Hoitb.

i) Or. und Konz.: und.

k) Or.: auch darzu.

l) Konz.: disse.

m) fehlt B und Hoitb.

n) B und Hoitb.: furigen.

o) B: anstanden.

unguttlich nicht verdencken, sondern freundlich entschuldigt halten, auch gemelten unsern unterthanen in schuldigem gehorsam bey der alten uff sie ererbten religion zubleiben mitt ernst untersagen. Sol es ihnen, ob gott will, an gutten predicanten, die sie mitt gottes wortt und den heiligen sacramenten versehen sollen, nicht mangeln, wie sie auch mitt warheitt, [das es inen daran gemangelt]^{a)}, nicht sagen können. Und habens E. L., derer wir sonst unsers vermugens freundliche wilfarung zuerzeigen geneigt, begerten antwort nicht verhalten mugen. Datum Dringenberg am 12. Novembris Anno 1567.

Rembert^{b)} von Gottes gnaden Bisschoff zu Paderborn.

Ex his literis potest omnis pius cognoscere extremam impudentiam impiorum, quod perfricuerunt frontem, quod ipsos mentiri non pudeat et maledicere et calumniari. Manifestum est mendacium, quod scribit „Nachdem die alte Catholische Religion und lehr alhier in unser stad und stiffe von Zeitt hero derselbigen fundation Gottseliglich und unverendertt gehalten und geubt worden etc.“ Carolus Magnus fundavit ecclesiam illam, sed eius tempore multi adhuc doctores tradiderunt sola fide nos iustificari, eo tempore adhuc coniugium sacerdotum erat ubique in Germania in usu, utraque species eucharistiae ubique porrigebatur sine discrimine omnibus Christianis et publica fiebant sacra in omnium lingua. Tunc erant collegia scholae ita a Carolo ordinatae, ut ex fundatione collegii Osnaburgensis patet, et hoc ex historia Paderbornensi potest probari. Interim adhuc impudens calumniator Henricus Colonicus audent scribere, das sie sind geblieben in der unverenderten Religion, so sie von der fundation irer kirchen gehalten und nennen ire lere eine Catholische ware bekante und ererbte religion, cum nihil servant eorum, quae tunc Carolus Magnus ordinaverat, quae tunc in communi ecclesia erant usitata. Probent isti sycophantae, quod tunc una species in usu pro laicis fuerit, probent, quod non fuerit tunc coniugium sacerdotale, probent, quod non essent tunc publica sacra, quod non essent collegia scholae et phrontisteria. Et tamen adhuc audent suam religionem asserere esse veram, attamen audent mentiri se manere incorrupte in vera doctrina inde a fundatione

a) *Das Eingeklammerte fehlt B.*

b) *B: Reimbart.*

suae ecclesiae accepta, hoc est a Caroli Magni tempore, cum manifestissimum sit mendacium et manifestissima calumnia. Cur igitur denegant laicis calicem, qui omnibus in initio et fundatione istius templi erat usitatus Christianis? O induratos et impios hypocritas, o sceleratos et perversos calumniatores! Additur in literis, quod nunquam caruerint usu verbi et sacramentorum. Hoc manifeste falsum est. Nam et verbum habuerunt mutilatim et sacramenta, veluti diabolus truncatim citat scripturam Matth. 4.

Tandem scripserunt in gratiam civium et pro Martino Hoitbant tres electorales, Palsgravius, Saxo et Brandenburgicus atque Wirtebergicus et Badensis principes, sed surdo fabula canebatur¹⁾. W 1368
Zeile 36.
Nam eicitur Martinus et se confert ad Huxarienses, qui eum in numerum ministrorum evangelii elegerunt²⁾. W 1369.

Cum autem cancellarius cognosceret Theodorum Bothenium^{a)} secretarium et senatorem serio negotium religionis promovere et esse gratum civibus, ideo verebantur illum in consulem promotum iri, qui etiam nomine senatus ita et graviter in scriptis et relationibus responderat episcopo et consiliariis. Quare et veterani consules, qui pontificii erant, ei quoque id munus invidebant, clam ei infensi erant et plerumque se excusabant, quando aliquid^{b)} vehementius vel scriptum vel dictum erat, transferentes culpam in eum. Itaque a cancellario et omnibus hostibus struebantur ei insidiae et observabant eum hypocritae, donec tandem piissimam vocem ederet Bothenius, videlicet hanc: potius Rembertum, titulotenus episcopum, (qui nihil minus praestet, quam quae Paulus requirat ab episcopo) deponendum, quam Martinum Hoitbantum, qui fidelis pastoris officio functus sit. Hinc, cum non^{c)} negaret vel recantaret ista verba, occasionem sumunt, quasi crimen laesae maiestatis commisisset, eum ex urbe et ditione eiciendi id efficiente cancellario, hoste veritatis maximo. Ita patitur et is bonus vir propter veritatem, quem Dominus constantem in verbo et agnita

a) W: Bodenium.

b) W: aliquot.

c) fehlt W.

¹⁾ Die Antwort Remberts (nur an die Abgeordneten der drei weltlichen Kurfürsten von Sachsen, Brandenburg und Pfalz) dat. Dringenberg 4. Februar 1568 im Staatsarchiv Münster, Pad. Kapselarchiv 124, 51. Inhaltsangabe bei Keller ebenda Nr. 551 S. 567. Vgl. auch Leineweber Bd. 66 S. 154 f.

²⁾ Vgl. unter Hörter (W 1094).

veritate retineat, Amen. Sed cessit ad tempus Bothenius et mox regreditur in urbem.

Sunt autem veterani consules papistae Johannes Rengerus, Conradus Coquus, Recquinus Brinckmannus, Johannes Stalmeisterus, Johannes Tulaeus ^{a)}), Martinus Segertes et Hieronymus Ottergerus. Unus consul, Johannes Brinckmannus, videtur religioni favere, sed quia solus ex raptibus ^{b)}) existit, et timidus ^{c)}) est et cuperet ex animo consultum religioni, nisi ei periclitandum esset de honore. Sunt et alii plerique in senatu pii et bene affecti religioni, sed taciti, imprimis vero unus Scapedodius, vir vere pius, qui sincerus est confessor, ut dicitur.

Hae persecutiones et molestiae civibus acciderunt piis sub istis consulibus. Interea post nominatum episcopum, consiliarios et alios rerum gubernacula in cathedrali ecclesia tenuerunt hi sequentes: Wilhelmus Westfalus praepositus, Hugo Buddius decanus, quo mortuo eligitur Volmarius Brenckius ¹⁾), Gisebertus Buddius, qui est iam praepositus templi cathedralis Osnaburgae ²⁾), Philippus Westphalus, praepositus in Meschede ^{d)}), Rabanus Hordenus scholasticus, Martinus Speigelius, Philippus Hordenus iunior, Wilhelmus Hasfeldius, Jodocus a Castro, Osnaburgensis canonicus quoque, Henricus Meschedius ³⁾), Bernhardus dominus de Buren baro, et Theodorus Meschedius, Wilhelmus Schilderus, Roserus Westramus, N. Plettenbergius et N. Rassfeldius ^{e)} ⁴⁾). Quorum omnium adulator et gnato fuit et adhuc est, Gerhardus Rodekenius Ecebolius ^{f)}). Sub his omnibus per annum 1567. ⁵⁾) acta sunt, de quibus diximus. Sed nemo magis se ^{g)}) declaravit hostem veritatis et opposuit civibus in hac pia causa et apertum adversarium verae religionis, quam Henricus Coloniacus cancellarius beneficii opimus, qui cum praedictis prioribus pontificiis omnibus est concubinarius, quem aiunt etiam ignorare suum patrem, aut si is, a

a) W: Julaeus.

b) W: captivus.

c) W: dimissus.

d) W: Menschede.

e) W: Pafeldius.

f) W: Erebolius.

g) fehlt W.

¹⁾ Vgl. oben S. 122.

²⁾ Als Domkantor, später Dompropst in Osnabrück erwähnt ihn Hamelmann auch W 1141.

³⁾ Später Domdechante 1570—1589 (Zeitschrift Bd. 43, 1885, Abt. 2 S. 60).

⁴⁾ Vgl. hierzu auch Leineweber Bd. 67 S. 136 ff.

quo nomen refert, fuerit pater eius, patris etiam vestigia sequitur et
 a patris impuritatem retinet. Dominus Jesus convertat ipsum, Amen.

Interim in initio anni 1568. ¹⁾ moritur Rembertus episcopus
 e. mox accipit ille Haman et Achitophel Henricus Coloniaeus,
 superbus cancellarius, bravium et praemium, quia a dumheris
 cognita eius perfidia gradu et loco pellitur incidens primo in foveam,
 quam paraverat Martino. Nec etiam apud novum episcopum, de
 quo dicam, aliquam gratiam obtinet, sed omnium etiam puerorum
 ludibrio exponitur et iustam suae arrogantiae poenam accipit.

Mortuo episcopo Remberto redit ex Huxaria ad ecclesiam
 suam in urbem Paderbornensem Martinus Hoitbant et postea pro
 illo iterum supplicant per literas apud capitulares et senatum ali-
 quot principes ²⁾, imprimis Wilhelmus landgravius ³⁾.

¹⁾ 12. Februar.

²⁾ *Kurfürst Friedrich von der Pfalz schreibt am 4. März 1568 an den Landgrafen Wilhelm von Hessen (Original im Staatsarchiv Marburg): „... Wir mögen E. L. freundlich nit bergen, das Unns die arme Ingesessene Christen und Kirßpelsleathe zu Marckirchen, auch gantze Gemeinde sampt Ihrem gewesenen Kirchendienern Martino Huedtbandt underthenigst gebetten, Wir wolten Ihnen gnedigst Vorschrifft an den Bischofen und Stadt Paderborn mittheilen, damit sie bei der freien sicheren Übung der wharen Christlichen Religion mit Predigen und Reichung der heiligen Sacramenten vermög Göttlichs worths und darauff gegrundter Augspurgischen Confession zugleich, wie one das an andern mehr orthen berurten Stiffts zu Paderborn geschehe, noch lenger gelassen, Ihnen auch gedachter Kirchendiener wider gegeben und zu dem seinen gelassen werden möchte. Wan nhun darneben Uns bericht einkhomen, das E. L. und etliche andere des heiligen Reichs Fursten erstlich und volgendts Unsere neben den Sachsen und Brandenburgischen jüngst zu Fulda gehalten Rheten obgenante arme Christen deßwegen albereits verschrieben, hiezzwischen aber der damals seiender Bischoff mit todt abgangen und bemelter Huedtbandt ohne vorgehende Rechtmessige Verhör und Ursachen nit allein des Predigampts entsetzt, sondern auch von dem seinigen in das ellende gestoßen, darzu nit wider gelassen und also die gute leutt der Predig gottlichen Worths, so sye ein Zeitlang mit innprünstigem eifer angehört und gehabt, wider beraubt werden wolten, so haben Wir demnach, und dieweil ire bit christlich und recht, inen gebetene Vorschrifft in disen ihren höchsten nöten gleichfals nit verweigeren können noch wöllen.“ Die „armen Christen“ sind „der tröstlichen, ungezweifelten Hoffnung“, daß der Landgraf für sie nochmals Fürbitte einlegen wird „und daneben andere mehr in der nehe geseßne Graven und Herren als der Grave zu Waldeck und Lippe etc. darzu bewegt werden khundten“. Ob außer dem Landgrafen noch andere Fürsten an das Kapitel und den Rat geschrieben haben, ist nicht bekannt.*

³⁾ *Landgraf Wilhelm schreibt auf erneute Bitte des Kirchspiels der Marktkirche an das Domkapitel (undatiertes Konzept im Staatsarchiv Marburg):*

Interim freudent dumheri et tandem eligunt Johannem comitem Hoyensem, episcopum Monasteriensem et Osnaburgensem, sed is noluit ibi rerum potiri, nisi a papa haberet confirmationem atque regalia a Caesare. Ita accidit, ut dolo et astu, etiam opera quorundam praecipuorum in urbe, ut dicebatur, cuperent urbem invadere, sed erat conatus ipsorum frustraneus. Cum ergo ita non succederet, variis modis struxerunt insidias Martino.

Tandem iubent capi quondam ipsorum ludimagistrum, Johannem Bodenium, quem superiori anno circa festum Michaëlis propter confessionem veritatis ex ministerio et regimine scholastico dimiserant, die Martis post dominicam Iudica, hoc est sexto Aprilis anno 1568., quando is abiret Mindam, in qua urbe gubernacula scholae susceperat ¹⁾. Sed in patria sua Lippspringo proditur consulis utriusque opera et praeposito Wilhelmo a Westphal et decano cathedralis templi Volmaro a Brenck sistitur. Illi iubent eum captivum transferri in urbem Dringenberg per aliquot equites et pedites. Cum vero captivus Bodenius sisteretur Philippo a Westphal, canonico cathedrali et praeposito Storpiensis ²⁾ collegii, tunc occupanti eam arcem, is voluit statim Bodenium turri profundissimae inici, sed hoc multis precibus impeditur optima et nobilis matrona, uxor satrapae ditionalis Friderici a Westphal. Ideo tandem in editiori cubiculo ad duas graviore machinas repagulis magnis alligatur, imo per aliquot dies catenis manus quoque connectuntur ei, sed id postea eiusdem pia matronae opera omittitur.

Tandem 13. Aprilis, die Martis post festum palmarum, irrum-punt in cubile, quo Bodenius captivus tenebatur, Philippus a Westphal dumherus, Fridericus a Westphal satrapa cum duobus scribis, Theodoro rationario et Hermanno Cratero, adducentes carnificem Gesekensem. Carnifex scalam, torturas et funes, quibus ad carni-

„ . . Ob wir nun wol jungstverschinen vor sie bei weilandt dem Ehrwürdigen in Got unsern lieben freund Bischof Remberten Gottseligen auch intercedirtt und uns versehen gehapt, es solt ihnen dieß suchen nit verweigert worden sein, jedoch weil es verplieben und sie in ihren hochsten noten trostloß gelassen, so haben wir auß Christlichen eiffer nit umbgangen haben mogen, bey euch auch sie zu verschreiben mit ganz gnedigem begehren, Ihr wollet diesen Supplicanten gestatten, daß sie ihren Pastor behalten und also bei dem gotlichen Wort der Augspurgischen Confession gemeß pleiben mogen . . .“

¹⁾ Vgl. oben S. 88.

²⁾ Bustorf in Paderborn.

ficandos homines uti solebat, adornavit, et deinde, cum apprehenderet Bodenium, is dixit, quid sibi hoc vellet. Responsum est ei, nisi ultro ad interrogata respondeat singula absque tormentis, sibi id facile extorsum iri. Hic cum ille ingemiscendo conquere retur de tanta violentia et Deum invocaret, dixerunt illi: „Si nunc tuae cuti ac carni vis parcere, responde ad hos sequentes articulos,“ quos ei proposuerunt ordine descripto.

1. Qui praeter ipsum fuissent suasores duobus istis monachis Hermanno Stokenensi et Philippo Arnsburgensi, ut monachatum desererent?

2. Qui praeter ipsum et Rodolphum Bredebeckium ante anni spatium fuissent collecti in domo Arnoldi Blockii?

3. Quinam cum ipso fuerint praedicto Rodolpho et Martino Hoitbant autores istius novationis susceptae in religionis negotio atque ubi cum suis convenerint et quid tractaverint et quibus praesentibus?

4. A quonam fuerint profecti isti rithmi et pasquilli diversis temporibus sparsi et editi et per quos scripti et divulgati sint, ut ita et autores et scriptores famosorum libellorum indicaret?

5. Qui cum ipso fuerint dissuasores Martino Hoitbant, ne fidem aliquoties datam de silentio vel de sumendo suo discessu servaret ille Martinus?

6. Qui eius (Martini) supplicationes, responsa et literas diversis *W 1372.* temporibus episcopo, capitulo et senatui exhibitas composuerit?

7. A quibus illa consulatio et ubi facta esset de ope externorum principum, imprimis trium electorum imploranda?

8. Quisnam supplicationes principibus exhibendas conscripsisset et deinde quisnam descripsisset?

9. Cur ipse Bodenius, quoties vel legati ab episcopo vel a capitulo sive a senatu missi, interdum Martino, interdum civibus astiterit et se eis associaverit civibus, praesertim quoties in templo et curia colligerentur?

10. Cur ille fuisset civibus autor, ut praecipuos quosdam praecipitarent?

11. Quae sint praecipuae personae, quibus sint cives infensiores?

12. Quisnam ad ignominiam novi electi episcopi in diebus

bachanaliorum proximis cuidam mitram episcopalem imposuisset et iterum deiecisset?

13. Quid causae ipse et sui consortes haberent, ut conarentur ita deicere gradu episcopum et clerum totum?

14. Si vero episcopus et clerus aliquid tentaret contra cives, quid tandem isti meditentur et cogitent facere contra pontificios?

15. Quot illorum sint, qui Martino Hoitbant adhaereant et in eorum verba iurarint ad sanguinem usque?

16. Quis evangelicorum civium registram consentientium collegerit atque simul vota atque suffragia singulorum?

17. Cur istius inquieti Martini Hoitbant frater advenerit ex oppido Warburgo et quid ille cum Martino egerit?

18. An etiam ipse Bodenius cum quibusdam aliis fuerit suasor fratri Martini Liborio ¹⁾, ut idem Warburgi tentaret, quod Martinus Paderbornae?

Cum has spinosas quaestiones ei proposuissent, supplex petierat deliberationem usque in alterum diem, quo concesso sic responderat ad singula.

Ad primum se opinari, quod illi iam deposuissent habitum, antequam venirent Paderbornam.

W 1373. Ad 2. se nunquam in istius viri aedibus fuisse.

Ad 3. Rodolphum etiam alibi, priusquam Paderbornam venerit, illam doctrinam propagasse. „Deinde opinor“, ait, „semel tantum adfuisse Martino Hoitbant cum Francisco Luckenio in aedibus cuiusdam pannicidae, sed quia non adfui praesens, ideo quidnam locuti sint, ignoro.“ Martinum vero ita ad illam doctrinam et opinionem pervenisse, quod ipsi ^{a)} aegrotantium et agonizantium, quibus denegaverat eucharistiam sub utraque specie, horribili et seria adhortatione atque comminatione ipsum ad inspiciendum textum evangelistarum et Pauli per suam conscientiam pertraxissent. Itaque commotum esse et ita conversum Martinum, ut deinceps utramque speciem porrigeret.

Ad 4. de pasquillis sibi nihil constare.

Ad 5. „Decreverat accepto primo mandato principis abire

a) *B*: ipse, *W*: illi.

¹⁾ *Vgl. oben S. 123 Anm. 2, die hiernach zu berichtigen ist.*

